

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

M. TVLLIVS CICERO

VOLVMEN IV

EDITVNT

A. KLOTZ ET F. SCHÖLL



1103

L I P S I A E
I N A E D I B V S B . G . T E V B N E R I

The University of Chicago
Libraries



C70.01
T1915

cicero
M. TULLI CICERONIS

SCRIPTA QUAE MANSERUNT OMNIA

VOLUMEN IV

fas. 7
ORATIONES PRO P. QUINCTIO · PRO SEX.
ROSCIO AMERINO · PRO Q. ROSCIO COMOEDO

RECOGNOVIT

A. KLOTZ

fas. 10
ORATIONES PRO M. TULLIO · PRO M. FONTEIO
PRO A. CAECINA

RECOGNOVIT

F. SCHOELL



VIA
TO
KARL OSAOHO

PA 62-78
.A 2
1914

Fasc.
C. 2
R. 11

OTTONI · STAEHLIN

D · D · D

EDITOR

Latin
4 vols. 1845, 1846

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

PRAEFATIO

Orationes quae volumine quarto comprehenduntur cum dispari ratione traditae sint, de unaquaque seorsum agendum est, atque orationis quidem PRO P. QUINCTIO habitae Q multi quidem codices extant. sed praeter palimpsestum Taurinensem (T saec. V) qui paucis abhinc annis incendio absumptus est, omnes saeculo XV exarati sunt. In palimpsesto autem hae partes orationis servatae erant: 50 p. 23, 1 *sed bonorum* ... 53 p. 24, 12 *tu te collegis* —. 66 p. 30, 3 — *sentem sine* ... 70 p. 31, 12 *commemorando renova* —. 92 p. 42, 1 *minas quas* ... 93 p. 42, 20 *ait officium*. Reliquorum vero librorum turbam ad unum fontem redire imprimis lacuna illa probatur quae exstat 85 p. 39, 6 de qua infra agemus. ac Parisinos quidem codices tredecim diligenter contulit LKeller, *Semestrium ad M. Tullium Ciceronem libri sex* vol. I 1842 p. 199—272; Bernensis 214 lectiones eidem suppeditavit Leon. Usterius. alios adhibuit AC Clark qui praeter Parisinum 14749 (Σ) Kellero non notum codicem S. Marci 255 (b) potissimum elegit.

Quae autem ratio inter codices illos recentissimos intercedat, tum demum accuratius enucleare licebit, cum corpora illa orationum Ciceronianarum quae in codicibus saeculi XV extant, unde et ubi nata sint exploratum erit. interim sufficit de iis codicibus agere quibus quod in archetypo traditum fuit diligentius servatum est. quo nomine praeter ceteros laude dignus est codex Parisinus 14749, olim S. Victoris (Σ) quem accuratissime descripsit Clarkius in *Anecdotorum Oxoniensium class. ser. vol. XI* 1909. praeter hunc idem usus est potissimum codice S. Marci 255 (Flor. Bibl. nat. I. IV 4) qui ipse minoris est pretii. sed correctorem nactus est (B) qui multa menda correxit. quantum vero correctoris eius debeat, optime cernitur iis locis quibus palimpsesti lectiones comparare possumus.

Atque 53 p. 24, 2 verba *aut eorum* ... C. Aquilium in plerisque codicibus omissa sunt, librario eius codicis unde illi fluxerunt aberrante a voce *Aquilium* ad eandem vocem paulo post repetitam. exstabat idem supplementum quod corrector B in libro b adnotavit, in T firmaturque praeterea testimonio Ruffiniani rhetoris qui adfert (RL. 41, 12) verba *si dupondius tuus* ... *affinitatis ageretur*.

69 p. 3 *summe* TB om. Σb^1 / 92 p. 42, 3 *nos ... decerneret* TB om. Σb^1

Firmantur testimonio palimpsesti etiam lectiones B his locis:

53 p. 24, 1 *vererere* TB Rufin. *verere* Σb^1 / 68 p. 30, 28 *per ius et per magistratum* TB *per ius et magistratum* Σb^1 / 69 p. 31, 10 *laborant aude* TB *laboras tu de* Σb^1 / 92 p. 42, 9 *an* TB *aut* Σb^1 .

Quae si reputaveris, etiam alibi ubi B errores librariorum Σb^1 corrigere studuit, eum non de suo hariolari, sed ex fonte optimo hausisse concludimus. Velut non dubium est quin genuina praebeat B his locis:

10 p. 7, 7 *atque obsecrat ... iactatam* om. Σb propter *atque* repetitum, add. B / 33 p. 14, 30 *is ... diceret* om. Σb^1 , add. B / 43 p. 19, 9 *igitur* om. Σb^1 , add. B / 73 p. 33, 4 *et complures fuerunt* om. Σb^1 , add. B

33 p. 35, 8 *impetrassent* supplevit Naugerius, ubi in Σ lacuna VIII litterarum, in b XV litterarum relicta est. etiam in ceteris codicibus fere omnibus aliquid desiderari spatio

indicatum est. B autem in b adscripsit *impetrari spero*, quorum supplementorum alterum ad ambitum lacunae in Σ relictae, alterum ad b^1 fere quadrat. quamobrem fieri non potest ut utrumque supplementum ex antiquo codice sumptum sit. sed quia in ipso verbo impetrandi supplementa consentiunt, in illo codice initium quidem vocabulo legi potuisse, finem oblitteratum fuisse conieceris. in eo autem codice unde Σ et b fluxerunt, librarium totum vocabulum quod non satis perspexerat omittere quam fragmento vocabuli scripto erroris ansam dare maluisse manifestum est.

Paulo aliter res se habere videtur 25 p. 11, 25. quo loco in Σb^1 lacuna unius versus et dimidii relicta est — similiter in codicibus Parisinis a Kellero adhibitis singuli bini terni versus scriptura carent —. Sed distant illi codices in ipsa lectione quae est ante lacunam:

Σ quod ubi ex publicio / b^1 quod nisi ex publicio


in ceteris codicibus cum aut *ubi* aut *ibi* extet, illud *nisi* temerario invento ipsum librarium b^1 finxisse elucet. Lacunam autem B ita explevit ut adderet, *<narratum naevio esset, non tam cito res in contentionem venisset. tum naevius ipse>*. quae verba cum antecedentibus parum congruunt. nam *ex Publicio narratum ... esset* vix dici Latine poterat. nititur autem supplementum lectione arbitraria libri b *nisi*. fac hoc genuinum esse — quod probabile non est —, certe dicendum fuit: *quod nisi ex Publicio <audisset>* vel sim. Tamen cum sententia ipsa haud male ad

sensum loci accommodata sit, sicut 33 p. 15, 8 vera et falsa mixta esse statuerim. Itaque in archetypo illo antiquissimo, quo uno praeter T oratio Quinctiana servata est, quaedam lectu difficillima fecisse consentaneum est, e quorum vestigiis is qui supplementum B conflavit, sensum aliquem elicere conatus sit. ac litteras nonnullas lectu difficiliore in apographo archetypo omissas esse pluribus exemplis probatur, e. g. 33 p. 15, 9 *potestasque B testesque* Σb^1 . 47 p. 21, 9 *se dedat R. Klotz sedeat* Σb . 69 p. 31, 3 *fave-ret T veret* Σ *veretur b*.


Alio quoque loco lacunam in Σb hiare elucet. nam 60 p. 27, 19 aliquid deesse ipso sensu comprobatur. tamen B hic nihil adnotavit. sed Hotomannus 'ex libro quodam perantiquo' hoc supplementum praebet *dici id non potest. QUI ABSENS IUDICIO DEFENSUS NON FUERIT. ne id quidem*. eadem se in codicibus invenisse praeter ultima tria verba testatur Lambinus. Tamen neque in Σb neque in ϵ ullum lacunae vestigium. Verba non omnino spernenda sunt, quamquam ea sic ut ab Hotomanno laudantur, in archetypo extitisse non possunt.¹⁾ Quae difficultas expediri non posse videtur, nisi Hotomannum ea verba scripsisse statuimus veteris codicis vestigiis nisum quae ab eo librario qui primus orationem ex eo transcripsit, omissa erant. fieri autem potuisse ut ab Hotomanno et Lambino ipse archetypus adhiberetur, non negabit qui reputaverit quot codices bellis paulo post eorum aetatem in Gallia saevientibus interisse constet.

Quae si recte disputata sunt, codices superstites ad unum archetypum circa annum MCCCC aut paulo ante e tenebris protracti — nam orationem Quinctianam ante annum MCCCCV iam Antonio Luscho notam fuisse docuit R. Sabbadini *Bricciole umanistiche* p. 5 (cf. Clark in edit. Oxon. p. III) — apographum redire statuendum est. Tamen praeter hoc apographum alio rivo lectiones ex archetypo illo ad nos manaverunt. nam B multa protulit genuina, quae in plerisque libris aut omissa aut depravata sunt. utrum autem B haec ex ipso illo codice satis antiquo sumpserit an alterum apographum extiterit mihi non liquet. quamquam hoc verisimilius esse iudicaverim. archetypum ipsum aut eius apographum admodum vetustum Hotomanno praesto fuisse non est quod negemus. itaque ratio lectionum $\Sigma b B$ ea est ut codices vel sic cohaereant:

1) hoc probavit BKuebler, Zeitschrift der Savignystiftung für Rechtsgeschichte. Rom. Abt. XIV 1893 p. 63. cui obtemperare debebam in defendenda lectione 63 p. 28, 25 *ita videbare* (p. 67).



vel sic:



Iam de pretio singulorum librorum quos auctore Clarkio adhibuimus agendum est. ac si in universum computaveris, statim apparet Σ multo maiore fiducia dignum esse quam b . nam huius codicis librarius multum vel negligentia vel temeritate peccavit velut 5 p. 5, 14 recte Σ *ubi consistat* (scil. veritas), b *ubi res consistat*. 30 p. 13, 25 *decernit* Σ *decrevit* b , quod non quadrat ad sequens praesens *iubet*. 38 p. 17, 21 *velit* Σ *nolit* b . Dubitare licet 5 p. 5, 10 *non eo dico* b *non eo loquor* Σ . haec lectio est codicum Parisinorum Kelleri, nisi quod in quibusdam loco pro *loquor* scriptum est. itaque nunc haereo debuerimne *loquor* potius in textum recipere. item 9 p. 6, 27 fortasse *quod possint* (sic Σ et plerique Parisini) potuit defendi; nam *quam possint* (sic b) videtur minore auctoritate niti, *quantum possint* in uno Parisino e coniectura inventum apparet. Hic illic autem b^1 coniectura verum invenit 7 p. 5, 28 *honestissimus* b *horrentissimus* Σ (vel hoc vel sim. in archetypo). 13 p. 8, 11 *solerent* b^1 *solent* ΣB . 41 p. 18, 28 *mirabimur* b^1 *mirabuntur* ΣB . 59 p. 26, 25 *laborabit* b^1 *laboravit* ΣB . 98 p. 44, 17 *nubili* b *nobili* $\Sigma \varsigma$. Rarius quam b Σ de suo peccavit, raro solus 3 p. 4, 18 *ventum est* $b \varsigma$ *ventum* Σ . 12 p. 7, 28 *liciniis* b vel hoc vel *licinus* ς *licinius* Σ (ex -nus). 21 p. 10, 27 *nos* b *nostrum* Σ . 30 p. 14, 2 *burrieni* b *burreni* Σ . 37 p. 17, 1 *testem ... citabo* b *teste ... citato* Σ . 64 p. 29, 13 *tribunos* b *tribunis* Σ . 65 p. 29, 23 *quid* b *quod* Σ . 65 p. 29, 25 *more* b (i. *morae*) *morte* Σ . 70 p. 31, 11 *advocasti* Tb *advocastis* Σ . 71 p. 31, 25 *tamen* b *tum* Σ . 71 p. 32, 6 *ne fando* b *nefandum* Σ . 78 p. 35, 4 *et* b *ut* Σ . 85 p. 39, 1 *eum qui ... procurator esset* om. $\Sigma \varsigma$, habent $b \varsigma$.

Maximam autem partem mendorum a librario b aut commissorum aut receptorum corrector B sustulit. nec tamen B semper genuina praebet et quippe qui non id egerit ut textum emendatum exhibere, sed ut codicis alicuius lectiones satis diligenter adnotaret. haec ita se habere paucis exemplis demonstrabo. Praestant lectiones B cum aliis locis tum his:

2 p. 4, 7 *tanto opere* B *tanto tempore* Σ *tempore* b^1 . haec lectio ita orta videtur ut ex archetypo lectu difficili in b^1 pervenerint eae litterae quae commode legebantur,

in Σ praeter hanc lectionem emendandi conamen respexerit librarius. quae si recte explico, Σ non ex ipso archetypo emanavit.

8 p. 6, 13 *iecerit* B *legerit* Σb^1 (similiter v. 17) / 11 p. 7, 17 *ei deesset* B *eidem esset* ς *eidem deesset* Σ *idem deesset* b^1 . h'c Σb^1 lectionem respiciunt falsa disiunctione verborum ortam, qualis in ς extat, et addito *de-* emendatam; eadem igitur res est quae supra 2 p. 4, 7 / 12 p. 7, 29 *a praeconum consessu* B *ad praeconium consensu* $\Sigma b^1 \varsigma$ / 18 p. 10, 4 *domi nummos* B *dominum* Σb^1 , falsa disiunctione verborum et omissis litteris lectu difficilioribus / 21 p. 10, 28 *eductus* B *educatus* Σb^1 (cf. 69 p. 31, 2 quo loco falsam lectionem B non correxit) / 24 p. 11, 18 *scipione* B *spicione* Σ *spicione* b^1 / 21 *vada volaterrana* B *vadabo laterrana* Σb^1 falsa disiunctione verborum / 28 p. 13, 1 *recte* ΣB *ratione* b^1 (nam sic traditur cf. Clark Anecd. Oxon. XI 1909 p. 86) / 33 p. 15, 9 *potestasque* B *testesque* Σb^1 (litteris *po-* in archetypo lectu difficilioribus) / 34 p. 15, 17 *patiar istam* B *patiaris istam* Σb^1 (eadem res atque 2 p. 4, 7. 11 p. 7, 17) / 40 p. 18, 9 *et petisses* B *si petisses* Σb^1 / 47 p. 21, 2 *copiosa advocatione* B *advocatione copiosa* Σb^1 / 7 *iactentur* B *locentur* Σb^1 , ubi erroris ansam dedit *i-* initialis longa / 11 *atque* B *ad* Σ om. b^1 (*-que* in archetypo non facile legebatur) / 48 p. 21, 21 *ex officii* B *ea officii* Σb^1 / 50 p. 22, 25 *indicitur* B *dicitur* Σ *ducitur* b^1 . quae adnotatio nescio quo casu in apparatu critico desideratur. ac ne id quidem dubito quin *indicitur* in textum recipiendum fuerit / 58 p. 26, 20 *prosecuti* B *profecti* Σb^1 (oblitterata in archetypo littera *-u-*) / 61 p. 28, 4 *consecuta* B *conservata* Σb^1 / 62 p. 28, 13 *divitis* B *divictis* b^1 *devictis* Σ (sic in adn. scribendum) / 76 p. 34, 5 *non* B om. Σb^1 / 82 p. 37, 8 *viris non* B *nimum* (sic in apparatu critico scribendum erat) Σb^1 / 84 p. 38, 10 *id quidem* B *id quid est* Σ (natum ex *quidē*) *id quod est* b^1 / 85 p. 39, 5 *lares* B *labores* Σ (vocabulo syllaba aucto sine sensu, quod saepe factum est) *liberos* b^1 (ex *labores* correctum ut sensui satisfaceret) / 14 *satis daturum dum* B *iudicaturum autem* Σb^1 ubi in voce *iudicaturum* errore verbum repetitum est ex antecedente *iudicatum*.

Tamen non omnes correcturae B verum restituerunt:

19 p. 10, 11 *putaret* Σb^1 *putet* B / 22 p. 11, 1 *in vadimonium* Σb^1 *in vadimonio* B / 44 p. 19, 21 *nobis* Σb^1 *vobis* B / 61 p. 28, 9 *negat* Σb^1 *recusat* B / 67 p. 30, 9 *fit* Σb^1 *fit sic* B / 72 p. 32, 18 *ut eorum* Σ *et eorum* b^1 *quorum* B / 76 p. 34, 15 *his* Σb^1 *huius* B / 79 p. 35, 19 *adestis* Σb^1 *estis* B / 81 p. 36, 25 *postulasti* Σb^1 *postulares* B / 94 p. 43, 2 *ea* Σb^1 *et B*.

85 p. 39, 6 lacunam extare in codicibus non adnotatum est. sed quaeritur quid in archetypo scriptum fuerit atque extat in Σ *hoc edam unum me appellasset quidem* / in b^1 *hoc edicti* (idem ϵ) *unum me appellasset quidem* / in B *hoc dico Naevium appellasse quidem*.

hac in lectione egregie restitutum est Naevi nomen et infinitivus *appellasse*. sed *hoc dico* quod vulgo probant, genuinum non esse mihi persuasum est. nam quod antecedit *haec omnia mitto: illud dico*, non potuit orator addere *hoc dico*. Itaque B partim ex codice partim de suo locum emendare conatus est. nititur autem illud *dico* lectione codicis b primaria. Quid vero ab initio scriptum fuerit, enucleari non potest, quamquam quid in lacuna dictum fuerit, ex parte saltem Severiani loci RL 363, 20 perspicitur. immo ne id quidem certo scimus, quo loco lacuna statuenda sit; utrum ante verba *hoc edam* — id quod mihi nunc fere probatur — an post eadem, quae est vulgata opinio. itaque ne correctori B quidem temere fides habenda est.

Paucis in fine agendum est de loco 92 p. 42, 10 ubi in nonnullis codicibus post *addicatur* — vel potius *adiciatur*, nam sic extat in omnibus libris praeter palimpsestum — lacuna extat. quin spatium accurate indicatum est, cum in alio codice XV, in alio XIV, in alio XIX et dimidius versus vacui sint. in hoc codice — est Colbertinus Parisinus No. 7774 — adnotatum est *tantundem deficit in antiquissimo codice et in nullo alio reperitur*. Haec cum in parte tantum librorum recentium extent, non ad ipsum archetypum pertinere eo magis contendere licet, quod in palimpsesto nullum defectus signum est neque quicquam desideratur.

Itaque cum ex Σ et b (vel B) quid in archetypo fuerit enucleare possimus, reliquorum codicum turbam negligere licet. atque ipse quidem archetypus non nimis corruptus erat, sed iniuria temporum hic illic difficile legebatur. unde quaedam litterae aut syllabae in apographo omissae sunt. Multum his locis lucis adfertur correcturis B. tamen utrum corrector ille ipsum antiquum codicem manibus tenuerit, an alio apographo usus sit, quo ex archetypo menda nonnulla correctae erant in dubio est. hoc quam illud mihi verisimilius videtur.

In calce disputationis testimonia quaedam adscribere liceat, quae me antea fugerunt. ea autem accepta refero viro humanissimo Guilelmo Petzsch, doctori Gryphiensi qui *De M. Tulli Ciceronis orationum textus historia* quaestiones selectas conscripsit, doctum opus et laboriosum, quod iniquitate temporum prelum exercere non potest.

refert auctor de opere suo in *Annali facultatis philosophicae Gryphiensis anni MCMXXII.* sed mihi egregie eo favit quod totum opus manuscriptum mihi utendum permisit. cuius rei ei debitas gratias agere hic liceat.

11 p. 7, 12 *sane* ... *attentus* laudat Serv. auct. Aen. 10, 48 (propter *sane*) / 25 p. 12, 1 *ad tabulam Sextiam* adfert Schol. Bob. Vatin. 21 p. 147, 24 (propter loci nomen) / 59 p. 26, 29 minus accurate laudat Eugr. Ter. Ad. 586 *numquam ad solarium fuit* (propter rem).

Minus intricata est quaestio de codicibus orationis PRO SEX. ROSCIO AMERINO habitae. nam praeter palimpsestum Vaticanum quo initium orationis usque ad 5 p. 50, 22 *periculo possim* extat, servata est uno codice Cluniacensi 496 (C) quem Poggius invenit. Iam ante hunc codicum veterum sectatorem felicissimum ex eodem codice oratio transcripta est in Σ. praeterea Bartholomaeus de Monte Politiano multa in suum usum excerpsit. quorum excerptorum apographum est codex Laurentianus plut. 54, 5 (B) cf. praef. vol. VIII p. IV. accedunt testimonia cum scholiastae Gronoviani tum rhetorum et grammaticorum qui non paucos locos ex oratione adhibuerunt. Postquam C in Italiam transportatus est, recentiores codices (ε) ex eo fluxerunt. quorum auxilio hic illic errores codicis Σ emendantur, velut 20 p. 53, 15 Σ pro *opprimi* (sic ε) falso ex antecedentibus verbum *perferri* repetiit. sed non peccavit Σ nisi rarissime. in universum satis fideliter imaginem Cluniacensis reddit. quem certo tenemus ubi Σ et B conspirant. nonnumquam errores codicis C leviusculi in ε emendati sunt. Palimpsestus Vaticanus (V) solum in exordio orationis accersitus est. firmat autem excerptorum B testimonium contra Σ 1 p. 49, 3 *qui VB is qui Σ* quam lectionem miror Clarkio placuisse. firmatur palimpsesti lectio p. 49, 9 *vitant* testimonio rhetoris anonymi RL 73, 18, ubi in C fuit: *metuunt.* defecerunt et V et C a genuina lectione 2 p. 49, 11 ubi verum servavit Scholiasta *an,* VC fere consentiunt in errore. nam in V extat *ac,* in C *at.*

In reliqua igitur oratione praeter testimonia solo C nitimur. qui lacuna admodum ampla laborabat post 132 p. 104, 14 *dicit Erucius.* quam ex ipso codice testatur Franciscus Barbarus. qui ambitus lacunae sit, nescimus. pauca lemmatis scholiastae indicantur potius quam supplentur. unus versus exemplaris in C omissus testimonio Charisii et Diomedis servatus est: 21 p. 58, 3 *nomen refertur in tabulas Sexti Roscii.*

Testimoniis addas haec 1 p. 49, 1 *credo vos mirari quid sit quod ego potissimum surrexerim* Dosith. GL VII 420, 16.

37 p. 64, 20 *occidisse* ... *Roscius dicitur* (sic) Victor. RL 221, 26. 37 p. 64, 22 *quo* ... *videantur* Priscianus praeter GL II 381, 7 etiam II 568, 2 laudat. 50 p. 69, 13 *ne tu Eruci accusator esses ridiculus* ex eodem fonte quo Charisius et Diomedes adfert Dosith. GL VII 420, 16. 63 p. 75, 8 *reclamitat* ... *natura* Victor. RL 269, 33. 67 p. 77, 1 *agitari* ... *ardentibus* Serv. auct. Aen. 3, 331. 70 p. 78, 8 *ne* ... *commonere* (sic) *videretur* Hier. epist. 121, 8, 7. 74 p. 80, 1 *indidemne Ameria* Prisc. GL III 75, 2.

2. Restat PRO Q. ROSCIO COMOEDO oratio, quae ipsa recentissimis tantum codicibus legitur. servata autem erat uno codice quem Poggius anno 1417 inventum sua manu transcripsit. apographum suum Nicolao Niccoli misit. anno demum 1436 suum exemplar Poggio restitutum esse a Francisco Barbaro ex epistula eiusdem efficitur (Clark, Praef. p. V; Sabbadini, *Centotrenta lettere inedite di Fr. Barbaro* p. 84).

Continebat autem ille codex octo orationes Ciceronianas: Pro A. Caecina, De agraria lege contra Rullum, In L. Pisonem, Pro C. Rabirio Postumo, pro C. Rabirio perduellionis reo, pro Q. Roscio comoedo. Verba quae orationi pro Caeciniana in codice Laurentiano (Conv. soppr. 13) subscripta sunt: *Hanc orationem antea culpa temporum deperditam Poggius latinis viris (an Musis?) restituit et in Italiam reduxit cum eam diligentia sua in gallia inclusam in silvis lingonum adinvenisset conscripsissetque ad tullii memoriam et doctorum hominum utilitatem* quin ad ipsum Poggium redeant iure non dubitat Clarkius, praesertim cum similia etiam in Pisonianae subscriptione extant in iis codicibus qui a Poggiano apographo descendunt: *Has septem*¹⁾ *M. Tulli orationes que antea culpa temporum apud italos deperdite erant, Poggius Florentinus perquisitis plurimis gallie germanieque summo cum studio ac diligentia bibliothecis cum latentes comperisset in squalore et sordibus in lucem solus extulit, ac in pristinam dignitatem decoremque restituens latinis musis dicavit.* haec igitur sive Poggius ipse apographo suo scripsit sive ex epistula quadam eiusdem ad amicos data petita sunt, fide utique digna sunt. Itaque 'in silvis Lingonum' emersit ille codex quo uno oratio pro Q. Roscio habita aetatem tulit. ipse codex non integer fuit. sic

1) Sic scriptum est quamquam in illis libris octo illae orationes a Poggio repertae extant. vide igitur ne VII in exemplari pro VIII scriptum fuerit. nisi forte ex tribus contra Rullum orationibus duae tantum numeratae sunt, id quod in indice codicis Lagomarsiniani 39 (Laur. conv. Soppr. 13) factum est

Roscianae et initium et finis desideratur in omnibus codicibus. ex quorum copia Clarkius eos elegit qui solas orationes Poggianas continent, propterea quod eos proxime abesse ab apographo Poggiano per se verisimile est: Laurentianum plut. XLVIII 26 (Ω) Oxoniensem Dorvillianum 78, Senensem H VI 12 quibus alios quosdam addidit. tamen singulorum lectiones afferre inutile visum est, propterea quod nostra interest scire non quid in ipsis quam in apographo illo Poggiano scriptum fuerit. itaque brevitati ut consulerem, lectiones codicum illorum ubi omnes consentiunt, littera ω comprehendimus; ubi pauci discrepant, quod in communi fonte scriptum fuisse videtur, littera ψ indicavimus.

De eis orationibus quas fasc. 10 Fridericus Schoell editit, quoniam ipse morte impeditus est ne opus absolveret, nobis pauca praefanda sunt. Ac de TULLIANA oratione TULI res ita se habet ut ex duobus palimpsestis, altero Taurinensi (T), altero Ambrosiano (A), quibus solis partes quaedam eius orationis servatae sunt, ille non vetustior tantum, sed etiam melior sit. id quod iis locis cernitur quibus utriusque libri testimonium adest, nempe. 7 p. 4^b, 11 *pecuniae* ... 11 p. 5^b, 20 *datum esset*. hos velim conferas locos:

7 p. 4^b, 13 *damnum datum esse T damnum factum esse A /*
 8 p. 4^b, 25 *non solum ... sed T non solum ... sed etiam*
A / 25 aequitate et sapientia T aequitate ad sapientia A
unde ac s. Maius, adque Peyronus, neutrum probabiliter /
 9 p. 5^b, 2 *sciret T scirent A / 6 nefarium ac singulare T n.*
et s. A / 10 videretur T videtur A / 10 p. 5^b, 13 et T om.
*A / 11 p. 5^b, 18 in aliis causis T in illis * ausis A.*

Quamquam ne T quidem mendis caret 9 p. 5^b, 5 *ait A* om. T. 10 p. 5^b, 11 *ex A et T.* p. 5^b, 12 *ut A in T.* De lectione dubitaveris 8 p. 4^b, 23 ubi *omnis A, homines T.* illud Schoellius praetulit, mihi *homines* hoc loco certe non minus Latine dici videtur.

Etiam in oratione PRO M. FONTEIO habita paucis rem ab- FON solvere licet. cuius fragmenta extant in palimpsesto Vaticano (V) a B. G. Niebuhr reperto (1—6). Praeterea magna pars orationis in codice Vaticano Basilicano H 25 (s. IX) servata est, qui praeter Philippicas orationes in Pisonem, pro Flacco, pro Fonteio continet, quamquam quinque quaternionibus deperditis damnum accepit gravissimum. egit de hoc codice accuratissime F. Schoell, *Über die Haupthandschrift von Ciceros Philippiken.* Sitz.-Ber. der Heidelberger Akad. Philos.-hist. Klasse 1918. 4. Abh. Eundem integrum adhibuit is qui fragmenta Cusana (cf. J. Klein, *Über eine Handschrift des Nicolaus von Cues* 1866) ex-

cerpsit — i. Sedulius Scottus — i. id quod perspexit H. Sauppe, Gött. gel. Anz. 1866 p. 1581sq. itaque Sedulii aetate codicem in Belgica fuisse probabile est. Unde non nihil lucrum ex parte deperdita orationis. recentiores autem libri quos littera ϵ indicavit Schoellius, ex V pendent. itaque ad recensendum textum nullius sunt pretii.

Paulo difficilior est quaestio de orationis CAECINIANAE codicibus. cuius partes in palimpsesto Taurinensi (P) extabant, quas significavit Schoellius p. 48^b. Ex reliquis codicibus saeculo XII attribuuntur codices Tegense nunc Monacensis Lat. 18787 (T) et Erfurtensis nunc Berolinensis 202 (E). utrumque contulit Schoellius. eiusdem fere aetatis statuunt codicem a Poggio 'in silvis Lingonum' inventum (L). certe non nimis antiquum eum fuisse ex abbreviaturis efficitur quas ad ipsum rettulit Clarkius (Anecd. Oxon. class. ser. XI 1909 p. 15sq.). ex recentioribus suum sibi locum vindicat Vaticanus Palatinus p. XV (V) de quo mox agendum est. accedit codex Bruxellensis 14492, olim Parcensis (B) saec. XIV, in quo bis extat altera pars orationis inde a 64 p. 81^b, 4 *non esse deiectum* usque ad finem orationis.

Atque palimpsestus ubi eius lectiones extant, principem locum obtinet, nonnullis locis solus verum servavit — unde apparet ceteros codices ex uno fonte manasse —, raro peccavit: 7 p. 54^b, 14 *At TE adde P* (nempe scriptum erat in exemplari AD, sicut Clarkius ex P ipso testatur) *ac L ω* . 8 p. 53^b, 18 Schoellius eius lectionem sprexit. quo loco *verbo se uno obligavit T verbo se obligavit uno P verbo uno se obligavit EVL*. quamquam hic mihi ordo verborum quem P exhibet, certe non deterior, quin melior videtur.

Comparato palimpsesto cernitur TE meliores esse in universum quidem quam L, atque ipso T codicem E paulo superari: 14 p. 56^b, 21 *a patre PT aut a patre ELV*. 49 p. 74^b, 1 *statui PT statu ELV*. nonnumquam solus T genuinas lectiones retinuit, in ELV pessumdatas. 24. p. 61^b, 18 lectio T *proterrui* contra ELV *perterrui* fulcitur testimonio Aquilae RL 31, 14. ad eundem autem archetypum codices praeter P omnes redire certum est. conferas ut pauca ponam exempla: 22 p. 60^b, 18 *conferun ameieci T conferun una meieci (mieci V) ELV*, ubi in librorum ELV fonte verbis male disiunctis *una* effectum et *conferun* suprascripto *conferunt* correctum erat. male autem voces non semel cohaeserunt: 25 p. 62^b, 3 *sepissimi TELV pro se pessimi*. antiqui vero codicis vestigia satis diligenter in codicibus TELV servata sunt:

31 p. 64^b, 23 *esse pereundum E² esse perfundum TE¹ esse profundum LN (E ~ F) / 96 p. 97^b, 14 fateris Angelius ea te*

ris TELVB (E ~ F) / 98 p. 99^b, 1 manere B tam ne re T tamen manere EL(V) (AM ~ MA).

Etiam L hic illic verum exhibet:

1 p. 50^b, 4 *quam tum L quantum TE Quint. 7 p. 53^b, 17 eandem moram PL eandem horam TEV / 9 p. 54^b, 20 aliud LV aliud aliud TE / 16 p. 58^b, 1 posset L posse TEV / 19 p. 58^b, 27 et cum LV eum TE*

hic tamen haud scio an in L genuina lectio coniectura restituta sit. Plerumque codices TE longe praestant:

7 p. 53^b, 14 *vindicanda PTE indicanda L iudicanda V sollemni errore / 8 p. 54^b, 1 ac PTE at LV / 9 p. 54^b, 15 hominibus armatis PTE armatis hominibus LV / 14 p. 56^b, 75 vita cognoscitis (cognosis T) PTE cognoscitis vita LV, unde etiam alibi de collocatione verborum codicibus TE magis fides habenda quam LV. quorum ordo certe numquam praefendus est:*

cf. 2 p. 51^b, 10 / 4 p. 51^b, 26 / 10 p. 55^b, 12 / 11 p. 55^b, 15 uxoris dote TE dote uxoris LV (clausula deleta) / 12 p. 56^b, 4 / 13 p. 56^b, 11 / 22 p. 66^b, 10 al.

TE ad librum aliquem redeunt qui singulis versibus XL fere litteras exhibebat. nam omittuntur in T XXXIX litterae 39 p. 68, 12 *videatur ... dubitatum. 55 p. 76^b, 11 ita peccatum est in E ut unus versus litterarum totidem errore praeceptus sit ante LXXX litteras (i. duos versus). in eodem duplices lectiones extitisse efficimus ex 19 p. 59^b, 2 ubi in T extat: ab auro ab a, nempe ab aulo scriptum erat super ab a.*

Contra in ELV uno loco XXIV vel XXVI litterae omittuntur 77 p. 87^b, 12 *utre vobis voces honestiores. artius cohaerent LV, cuius rei exempla afferre non opus est¹⁾, ita tamen cohaerent ut V non ex solo L pendeat, sed etiam ex E quaedam sumpserit:*

1 p. 50^b, 8 *faciunda EV Aquila faciunda TL Quint. / 38 p. 68^b, 9 bona fortunas TL bonas fortunas EV / 41 p. 10^b, 6 et fugatos TL et effugatos EV / 54 p. 75^b, 27 appellantur TL appellatur EV.*

Restat codex Parcensis (B). de quo admodum difficilis quaestio est. bis autem scripsit partem orationis Caecinae eodem usus exemplari idem librarius. nam consentiunt duo apographa fere ubique, atque etiam ubi dissentiunt, eandem lectionem subesse cernitur, sed altero loco cur mutatio facta sit conicere licet. Scatet autem codex erroribus, tamen haud raro egregias lectiones praebet. De quibus quid iudicandum sit iam videamus. ac primum

1) unum adfero exemplum 44 p. 71^b, 20 *potestis ... negare E² Quint.: potestatis ... negare TE¹ potestatis ... negare potestis LV.*

quidem ubi altera (B¹) lectio a priore differt, B¹ aut negligentia peccasse aut eo consilio peccasse apparet, ut textui de suo consulere.

65 p. 81^b, 16 *sive nive* (vel potius *nibe*) in archetypo falso disiunctum erroris ansam dedit: *si veni be* EL *siveni bene* T *sivem bene* BV *sive bene sive male* B¹ manifesta interpolatione / 66 p. 81^b, 23 *quo* ELV om. TB *quod* B¹ *quod* coniectura additum est / *accedere* (-ret T) TELV *attendere* B *ascendere* B¹; quo loco in exemplari sollemni errore *accedere* scriptum erat, quod cum nullo modo ad sensum quadraret, modo hoc modo illud substituit librarius / 66 p. 82^b, 3 *inmutatum* TB *minitatum* B¹ (felici coniectura) *minitatum* EL *minutata* V / 67 p. 82^b, 3 *nemini* ELVB *memini* TB¹. hoc loco quin in exemplari *memini* fuerit vix dubium / 68 p. 82^b, 20 *hoc qui* TB *qui hoc* ELVB¹ usitato ordine / 69 p. 83^b, 11 *si ut* TB *sic ut* ELVB¹ errore facili / 12 *crassus* TELV *census* B *ensor* B¹ / 71 p. 84^b, 6 *ut cum* TELV *ratum* B *ut si eratum* B¹ / 72 p. 84^b, 15 *esse factum vel creatum* ELV (unde *factum vel conatum* coniecit Schoellius, qua coniectura locus non sanatus videtur) *factum esse creatum* TB *factum esse* B¹ / 20 *hoc sanctiusque* TELV *hic sanctus est sanctusque* B *hic est sanctus sanctusque* B¹, unde apparet in exemplari *hic sanctusque* fuisse, quod suprascripto *est* vel *sanctus est* correctum erat / 74 p. 85^b, 14 *lumina* B *limina* B¹ *mina* T *cum omnia* ELV; manifestum est *lumina* antiquitus traditum esse, in T duas litteras omissas, in fonte codicum ELV ex *lumina* factum esse *cum oīa* / 75 p. 86^b, 17 *constat* (s. v. add. B¹)TB¹ om. B *constet* ELV / 18 *possessionem* ELVB *possessione* TB¹ / 77 p. 87^b, 12 *statuite* TELV *canute* B *animadvertite* B¹; hic B quod legere sibi visus est depinxit, B¹ satis audacter quod ad sensum quadrare putabat, substituit / 22 *vos* TELV *vero* B om. B¹ / 79 p. 88^b, 15 *contra me sentire* ELV *contra sentire ne* T *consentire ne* B *consentire* B¹ / 16 omnibus TELVB om. B¹ / 81 p. 90^b, 4 *veniam* TEB¹ *venio* BLV; hoc loco illud in exemplari fuisse, indicativum in B errore scriptum veri simile est. / 82 p. 90^b, 14 *qua* TLV *quo* E *qui* B *quem* B¹ / 15 *alicunde* TB *aliunde* ELVB¹ / 84 p. 91^b, 6 *hunc* TB¹ *homo* B om. EV¹) / 96 p. 97^b, 12 *aut te* emendavit B¹ quod invenerat *auitē* (sic T), pro quo *autem* B scripserat, *aut item* ELV / 98 p. 98^b, 23 *multam* ELVB¹ *multa* TB / 98 p. 99^b, 2 *pater patratus* TELV *pr pa-*

1) hoc loco apparatus critici Schoelli turbatus est restituendus est in hunc modum: *sin* B *Bai. Is in* TEV *is tu* Lω *istum* σ *hunc* TB¹ *homo* B om. ELVω. *homo* autem in B solo errore scriptum est, in exemplari *hunc* fuisse testatur B¹.

tratus B *populus romanus patriciis* B¹ insigni audacia / 99 p. 99^b, 13 *liberentur* TELV *liberent* B *liberat* B¹ / 100 p. 100^b, 7 *multatum* σ *mutatum* TB *mulotatum* B¹ (i. *multatum*) *mutatis* EL *mutatus* V / 11¹) *quia* TL *quā* B *quod* *quia* VB¹ / 101 p. 100^b, 18 *vestri* TB *nostri* LVB¹ / *neque* TLVB *nec* B¹ / 102 p. 101^b, 8 *a c. r.* (*a civibus Romanis*) TLVB *a civitate* R. B¹ / 104 p. 102^b, 5 *cognita* TLVB¹ *compta* B (cf. v. 6 ubi *comptum* pro *cognitum* B et B¹).

Itaque ut summam faciamus, librarius B¹ cum iterum textum scriberet, hic illic melius dispexit quod in exemplari erat vel etiam ad coniecturas confugit.

Cohaerere autem B cum T praeter quosdam ex locis quos modo attulimus (65 p. 81^b, 14. 77 p. 87^b, 12) his locis probatur, ut eligam ex multis paucos:


66 p. 82^b, 15 *hoc in hac re* ELV *in hac re hoc* TB / 69 p. 83^b, 11 *manilius* ELV *manlius* TB / 13 *doceret* ELV *disceret* TB / 15 *afferret* ELV *afferre* TB / 70 p. 83^b, 17 *is* ELV om. TB / 18 *revellit* TB *refellit* ELV²) / 71 p. 84^b, 7 *testem tamen* TB *testamentum* EL *testam* V / 8 *eiusmodi nihil est* TB *nihil est eiusmodi* ELV / 10 *urbe* TB *civitate* ELV / 72 p. 84^b, 16 *statue* B *se atue* T (T~E) *esse* ELV; quo loco in B felici coniectura restituta est vera lectio ex iis vestigiis quae in T cernuntur / 20 *cuiquam* TB om. ELV / 73 p. 85^b, 5 *retinendam* TB *retinendum* ELV / 74 p. 85^b, 13 et 21 *a* ELV om. TB / 22 *nobis* TB om. ELV / 75 p. 86^b, 18 *ferret* B *territ* T (*terit* secundum Schoellium; certe illud in exemplari fuit) *terras* ELV, unde apparet in archetypo errore TERRET scriptum fuisse pro FERRET, quod coniectura restituit B / 77 p. 87^b, 18 *quod* TB *quo* ELV / 21 *de* ELV *ne* TB / 78 p. 88^b, 6 *fidem suam populo Romano promptam expositamque praebuerit* ELV *fidem suam promptam expositamque populo Romano praebuerit* TB; quo loco utrum praeferas dubitare licet, libris ELV Schoellius favit, opinor, propterea quod melior membri clausula efficitur. sed cum in anaphora vocem non demittat orator, non video cur lectio TB spernatur, qua ordo dilucidus evadit / 10 *ut ab vita* T (quo loco Schoellius recte lacunam statuit), eadem vestigia novit fons codicis B, sed *ex uta* *bvita* effecit *ita bona*; *ita prompta* ELV / 80 p. 89^b, 7 *et boni* TB *bonique* ELV *habuisset* TB *habuisse* ELV / 13 *certe* ELV om. TB / 86 p. 92^b, 6 *ego iam* TB om. ELV / 90 p. 94^b, 18 *iam* ELV om. TB / 93 p. 96^b, 6 *igitur* E

1) E post *vincula* 100 p. 100^b, 7 deficit.

2) ex hac scriptura eum codicem unde ELV descendunt, a Germano scriptore exaratum esse coniecimus.

LV om. TB / 95 p. 97^b, 6 eadem lege TB eandem legem
 ELV / 97 p. 98^b, 9 posse TB potuisse ELV / 100 p. 100^b, 3
 poenam aliquam ELV aliquam poenam TB / 102 p. 101^b,
 11 studio TB consilio LV / 103 p. 101^b, 20 est TB om. LV /
 104 p. 102^b, 15 facere LV om. TB.

Quae cum ita sint, artissime cohaerere codices T et B
 manifestum est. nec tamen codicem B ex ipso T deducere
 licet. nam 91 p. 95, 6 verba *ostendo ... possideat* (v. 9) in
 T omissa sunt aberrante librario a priore *ostendo* ad po-
 sterius. haec autem verba in B suo loco leguntur. ac ne
 in erroribus quidem codice T propriis B plane consentit



cum T. itaque ex
 communi forte T
 et B fluxerunt.
 Quod vero in B
 multis locis con-
 iectura haud raro
 egregia verba cor-
 rupta emendata
 sunt, id non
 ipsi librario, sed
 exemplari tribu-
 endum videtur. Ut
 autem quasi una
 imagine proponatur
 qua affinitate
 codices orationis

Caecinianae praeter P coniuncti sint, hoc stemma confecimus
 Codicem *y* in Germania scriptum fuisse supra coniecimus
 (cf. p. XV adn. 2 de 70 p. 83^b, 18). eandem patriam etiam
 codicis *x* esse probabile est. certe Italicae aut Gallicae ori-
 ginis vestigium nullum extat.

Scripsi Erlangae postridie kal. Oct. anni MXMXXII.

Alfredus Klotz.

Corrigenda: p. 26, 17 post *profectionis* exiderunt verba: *a.*
d. IV Kal. Febr. 52, 14 *l. quibus et nihil.* 60, 4 *adde distinc-*
tionem post iniuriis. 66, 24 *l. municipiis.* 69, 29 *l. at hercule.*
 83, 10 *l. putabunt.* 86, 20 *l. Priamum.* 87, 28 *l. occiderit.* 95, 24
l. ipsi. 96, 2 *l. fidelem.* *In app. ad* 52, 20 *l. consuerant, ad*
 53, 22 *rei p. (non rei); ad* 57, 3 *l. 194, 8 et Prisc.* GL III 37, 9;
dein Phocas (bis) GL V 426, 24; *ad* 63, 20 *l. RL.* 44, 22; *ad*
 65, 23 *l. melius. ad* 66, 22 *l. GL VII 119, 17. ad* 86, 16 *l. Frigio*
(pro Frugis) et Fle. ad 106 v. 2 *ab imo l. omitendo et ad-*
deno. ad 110, 13 *l. GL VII 497, 3.*

INDEX NOMINUM ET RERUM ALIQUOT MEMORABILIMUM

- Cn. Acerronius 7^b 279 8^b 3
 Sex. Aebutius 50^b 39 52^b 10 56^b
 6 15 19 20 57^b 14 15 17 *bis* 58^b 12
 23 59^b 18 19 60^b 14 61^b 19 20 22
 62^b 3 4 5 11 23 64^b 5 69^b 22 72^b 5
 73^b 1 89^b 18 90^b 21 96^b 23 102^b 1
 Sexte 101^b 15
 M. Aemilius Scaurus (*P. W. I*
584) 35^b 17 36^b 14 17 41^b 22 25
 75^b 28
 Africa 26^b 22
 Africanus *v.* Scipio
 Agamemnon *cf.* 76 14
 Albanum iudicium 63^b 15
 L. Albius Sex. f. Quir. 11 19
 26 19 21
 Sex. Alfenus eq. R. 10 29 12 16
 13 7 11 15 28 2 6 25 29 5 24 27 30
 11 18 23 31 4 15 16 20 24 26 32 21
 23 34 14 37 18
 Allobroges 36^b 15 40^b 25 41^b 4
 [46^b 6]
 Alpes 7 30 36 14 27^b 14
 Ameria 56 25 57 9 13 58 2 60 19
 80 2 *bis* 89 11 18 21 23 90 1 12 91
 23 93 5
 Amerinus 55 14 56 14 59 12 80 30
 99 21 102 9
 C. Annius Bellienus 32^b 7 15 16
 Antiochus Aebuti servus 60^b 9
 17 62^b 5
 M. Antonius (*P. W. I* 2590) 36 19
 Apollo 36^b 8 *cf.* 76 15
 Aquil(e)ense por(torium)
 26^b 2
 C. Aquilius (*P. W. II* 327) 4 3 <15>
 5 3 16 6 5 7 1 6 9 17 11 5 12 27
 14 26 28 16 8 16 19 7 19 22 27 20
 12 21 13 21 24 2 6 19 27 10 29 10
 30 17 34 20 35 19 36 11 37 5 38
 4 11 41 24 43 20 44 20 87^b 16
 [97^b 2] lex Aquilia 5^b 19 15^b 23
 M. Aquilius 42^b 1
 Ariminenses 101^b 6
 Arretina mulier 98^b 5 Arretini
 98^b 7
 Asculani 43^b 17
 Asia 6^b 12
 Asiaticus 7^b 22
 civitas Atheniensium 77 27
 A. Atilius 62^b 20
 L. Atilius A. f. 62^b 21
 C. Atilius Regulus Serranus
 (*P. W. II* 2084) 69 21
 C. Aurelius Cotta (*P. W. II* 2482)
 98^b 4 6 12
 L. Aurelius Cotta (*P. W. II* 2482)
 42^b 4
 Automedon 90 22
 castellum Axia 59^b 15
 Balearicus *v.* Caecilius
 Ballio Ieno Plautinus 122 21 134 2
 Bruttii 105 4 75^b 27 (Brittiis
Schoell ex TE; Bruttii ceteri
codd.)
 Brutus *v.* Iunius
 P. Burrienus praetor 12 6 14 2
 31 6

- Caecilia (*P. W. III 1235*) 60 27
111 9 24
- Caecilianus ille senex 67 24
- L. Caecilius Metellus (*fort. P. W. III 1204*) 35^b 10 36^b 25 *fortasse idem dicitur* 14^b 18
- <M.> Caecilius Metellus (*fort. P. W. III 1206*) 81 14
- Q. Caecilius Metellus Balearicus (*P. W. III 1207*) 111 9
- Q. Caecilius Metellus Nepos (*P. W. III 1216*) 111 9
Metelli 55 18
- M. Caecilius Cornutus (*P. W. III 1200*) 44^b 12
- A. Caecina 50^b 3--102^b 18 *passim*
- L. Caelius 62^b 11
- T. Caelius Tarracinensis 75 15
- Caepio *v. Servilius*
- Caesennia (*P. W. III 1309*) 55^b
10 13 22 23 56^b 7 13 20 57^b 3 16 20
23 26 58^b 2 7 18 24 59^b 5 8 10 96^b
15 17 18
- P. Caesennius 56^b 3
- C. Calpurnius Piso (*P. W. III 1376*) 117 26 119 15 16 120 25
121 21 122 28 123 15 129 8 19
132 1 134 14 66^b 8 67^b 3 8 80^b 29
89^a 21 94^b 4 23 96^b 6
- L. Calpurnius Ciceronis amicus
66^b 16
- L. Calpurnius Piso Frugi (*P. W. III 1392*) 42^b 10 14 17
- Capito *v. Roscius*
- Capitolium 72 5 8 30^b 10 93^b 3
4 10
- L. Cassius 84 20 Cassiani iudices 85 3
- Castoris templum 9 21
- Q. Catus Aemilianus 7^b 26
- Cato *v. Porcius*
- Catulus *v. Lutatius*
- Chaerea *v. Fannius*
- Chaerestratus 68 1
- Chrysogonus *v. Cornelius*
- Cinna *v. Cornelius*
- App. Claudius Caecus (*P. W. III 2681*) 76^b 2
- C. Claudius senator 6^b 7 10
- M. Claudius 10^b 18 19 11^b 3 4 7
- M. Claudius Marcellus (*P. W. III 2760*) 35^b 25 36^b 17 *fort. idem* 24 20
- Sex. Clodius Phormio (*P. W. IV 81*) 63^b 2
- C. Cluvius eq. R. (*P. W. IV 119*)
130 26 131 8 11 13 15 16 132 4 26
133 1 2 7 13 26 27 134 6 8 10
- Clytaemestra *cf.* 76 14
- Cobiomachus (*i. -magus*) *oppidum Galliae* (*P. W. IV 128*)
33^b 3
- vasa Corinthia 105 9
- lex Cornelia 101 18
- Cornelius 76^b 5
- L. Cornelius Chrysogonus (*P. W. IV 1281*) 51, 11 52 3 57 19
58 4 7 59 2 60 10 12 61 19 63 24
64 11 69 3 73 9 29 74 3 79 10 81
18 93 3 6 15 *bis* 18 22 25 94 2 3 6
11 13 21 96 21 99 16 18 23 28 100
3 10 27 101 10 102 6 103 8 104
12 18 (25) 107 16 108 11 20 109 8
10 23 110 19 112 17
- L. Cornelius Cinna (*P. W. IV 1282*) 44^b 12 93^b 1
- Cn. Cornelius Dolabella (*P. W. IV 1297*) 13 20 14 10
- P. Cornelius Dolabella (*P. W. IV 1300*) 60^b 21
- P. Cornelius Scipio Africanus (*P. W. IV 1439*) 92 6
- L. Cornelius Scipio Asiagenus (*P. W. IV 1483*) 11 18
- P. Cornelius Scipio Nasica (*P. W. IV 1497*) 81 14
- L. Cornelius Sulla (*P. W. IV 1522*) 34 14 51 8 57 19 58 10 60
2 9 14 93 2 94 20 95 2 3 101 24
102 9 103 18 104 4 107 1 109 19
110 21 27^b 27 44^b 13 97^b 4 6 98^b
12 100^b 22
- Cornutus *v. Caecilius*

- Cotta *v.* Aurelius
 Crassus *v.* Licinius
 T. Crispinus 25^b 4
 Crodunum (Sego-Mommsen)
 Galliae oppidum 32^b 27 [33^b 2]
 M'. Curius (*P. W. IV 1839*) 75^b 15

 vasa Deliaca 105 9
 Delphi 38^b 7
 T. Didius (*P. W. V 407*) 44^b 14
 Dionysia *saltatrix* (*P. W. V 881*)
 123 23
 Dolabella *v.* Cornelius
 Duluscantus *Gallus* 33^b 5
 duodecim tabulae 18^b 18 19^b 17
 27 20^b 2

 Elesium *vicus Galliae ut vid.*
 33^b 5
 Eros *comoedus* 126 20
 C. Erucius (*P. W. VI 552*) 64 10
 65 3 18 66 20 67 5 17 69 13 70 9
 71 15 73 7 74 9 21 79 22 82 8 9 28
 83 16 84 8 86 7 87 17 88 3 91 14
 92 20 100 8 102 3 104 14
 Etruria 102^b 6
 Eutyclus 67 25 68 10

 M. Fabius (*P. W. VI 1747*) 41^b 3
 P. Fabius (*P. W. VI 1747*) 3^b 20
 26 4^b 12 6^b 6 8^b 4 6 8 9 12 9^b 9
 11^b 17 19 13^b 7 18^b 5 19^b 3 20^b
 5 15
 Q. Fabius Maximus Allobrogicus
 (*P. W. VI 1794*) 40^b 24
 Fabiorum nomen 41^b 5
 Falcula *v.* Fidiculanus
 M. Fannius (*P. W. VI 1993*) 53 19
 54 6 12
 C. Fannius Chaerea (*P. W. VI*
 1994) 115 6 116 13 21 118 2 20
 120 12 13 28 122 3 9 23 29 123 3 5
 7 8 11 124 2 125 16 19 20 23 24 26
 128 23 28 129 2 8 12 21 26 130 4 5
 11 14 15 25 30 131 2 132 2 133 6
 10 18 134 2 12 19 135 16 136 5 8

 Kalendae Februariarum 11 18 26 17
 Nonae F. 26 14 17
 C. Fidiculanus Falcula (*P. W.*
 VI 2287) 63^b 9
 Fimbria *v.* Flavius
 Fimbrianum dictum et factum
 63 20
 Flaccus *v.* Valerius
 Q. Flavius Tarquieniensis (*P.*
 W. VI 2529) 127 11 14 128 13 16
 21 129 4 6 13 *bis* 15 22 26 130 5 9
 15 19 22 26 32 131 2 133 10 18 134
 12 18 135 7 12 17 28 136 6
 C. Flavius Fimbria (*P. W. VI*
 2599) 63 4 35^b 19 36^b 17
 C. Fonteius (*P. W. VI 2842*) 32^b
 7 15 16
 M. Fontius (*P. W. VI 2843*) 24^b 2
 47^b 10 *passim*
 Fonteia M. *Fontel soror* 46^b 23
 Frugi *v.* Calpurnius
 fundus Fulcinianus 57^b 5 90^b 11
 M. Fulcinus *pater* 55^b 7 18 19
 M. Fulcinus *filius* 55^b 2
 M. Fulcinus *libertus* 58^b 11
 Furiae 76 16 77 2 6

 Galli (24^b 25) 28^b 5 14 30^b 26 33^b
 19 34^b 14 36^b 18 39^b 1 40^b 19
 45^b 1 11 [46^b 7] 47^b 11 24 93^b 3 6
 Gallia 7 27 30 8 18 23 9 3 16 10 2
 21 11 8 13 1 16 22 17 2 8 18 24
 26 15 16 37 22 39 6 *adn.* 40 14
 24^b 11 12 13 28^b 4 6 13 15 29^b 1
 31^b 1 7 10 32^b 23 36^b 27 37^b 5
 38^b 27 29 40^b 18 45^b 16
 Gallicanus 8 26 11 12 36 6
 Gallicus 29^b 15 39^b 20 45^b 26
 P. Gallonius *praeco* (*P. W. VII*
 673) 42 26
 Glaucia *v.* Mallius
 Gracchus *v.* Sempronius

 Hirtuleius 25^b 14 15 16
 Hispania 24^b 6 *ulterior* H. 45^b
 12 *duae Hispaniae* 31^b 3
 Hispaniensis 27^b 26 29^b 26

- Q. Hortensius (*P. W. VIII 2470*) 4 4 6 8 15 14 25 16 7 19 20 30 29 2 30 20 34 22 35 14 36 21
 C. Hostilius Mancinus (*P. W. VIII 2508*) 99^b 6
 idus Septembres 13 14
 Indutiomarus *Gallus* 37^b 6 25 40^b 22 46^b 6
 Italia 27^b 28 77^b 20
 L. Iulius vir militaris 44^b 10
 M. Iunius Brutus (*P. W. X 972*) 4 14 29 23 31 5 41^b 24
 kalendae Iunia 102 14
 Iuppiter 38^b 11 I. optimus maximus 103 21
 Kalendae Februariarum 11 17 26 17; intercalares 36 5 11; Iunia 102 14; omnes 72 26
 Latine 76^b 17 77^b 7 79^b 24 colonia Latinae 98^b 21
 L. Licinius Crassus *orator, cos. 95* 36 19 35^b 22 36^b 17 45^b 11 83^b 12
 P. Licinius Crassus 44^b 15
 M. Licinius Lucullus (*cos. a. 73*) 4^b 24
 atria Licinia 7 29 12 1
 L. Lucilius 24 6 19
 Lucullus *v. Licinius*
 C. Luscius Ocrea *senator* 131 13 <12> 13 14 16 22 24 132 3 4 12
 Q. Lutatius Catulus (*cos. 102*) 44^b 14
 Macedonia 6^b 11 45^b 6
 Mallius Glaucia *libertinus* 57 9 89 11 17 90 4 9 21
 Mancinus *v. Hostilius*
 M. Manilius (*cos. a. 99*) 83^b 14
 T. Manilius *senator* 131 10 <12> 15 16 25 132 2 4 12
 Marcellus *v. Claudius*
 L. Marcus Philippus (*cos. a. 91*) 32 15 34 23 36 20
 C. Marius 63 6 40^b 22 44^b 14
 Massilia 24^b 14 29^b 14
 Massilienses 30^b 9 40^b 1 45^b 18
 Maximus *v. Fabius*
 C. Memmius (*trib. pl. a. 111*) 35^b 19
 P. Memmius 62^b 15
 Messalla *v. Valerius*
 Metellus *v. Caecilius*
 Q. Mucius Scaevola *augur* 75^b 13 82^b 10 83^b 10 15
 Q. Mucius Scaevola *pontifex* 63 6 23
 Munius 32^b 27
 Sex. Naevius *accusator P. Quincti* 45—47 26 *passim*.
 Narbo 9 3 33^b 4 Narbo Martius 29^b 11
 Narbonensis colonia 45^b 23 coloni Narbonenses 30^b 6 39^b 26
 Nepos *v. Caecilius*
 Nonae Februariarum 26 14 17
 C. Norbanus (*cos. 83*) 11 18
 Numantini 99^b 6
 Orestes *cf.* 76 13
 Palatium 105 5
 balneae Pallacinae 57 4 vicus Pallacinae 104 15
 Panurgus *servus* 125 16 22 126 7 127 1 10 128 22 130 5 20 131 2 133 18 135 6
 Pegasus 36 18
 M. Perpenna (*cos. a. 92?*) 116 20
 Philinus *servus* 8^b 1 22
 Philippus *v. Marcius*
 Phormio *v. Clodius* Terentianus Phormio 63^b 4
 Piso *v. Calpurnius*
 M. Plaetorius *accusator M. Fontei* 25^b 11 32^b 22 *fort. idem. aed. cur.* 40^b 27
 Cn. Pompeius Magnus (*cos. a. 70 55 52*) 24^b 6 9 30^b 4 31^b 6 44^b 11
 Q. Pompeius (*cos. a. 88*) 35^b 11 36^b 26

- Pontius Telesinus 93^b 2
centuria Populiana 6^b 18 7^b 8 24
8^b 12
Porcius 32^b 27
L. Porcius Cato (*cos. a. 89*) 44^b 11
L. Publicius amicus Sex. Naeui
11 23 25
Apollo Pythius 38^b 8
P. Quinctilius Varus 24 20
C. Quinctius frater P. Quincti
7 12 17 26 18 18 33 4
L. Quinctius patronus P. Fabi
2^b 7 3^b 4 29 13^b 3 20
P. Quinctius 4 6—44 27 *passim*.
cf. Scapula
Quirina tribus 11 20
Quirites 98^b 1 2
lex Remmia 71 20
Roma 9 2 8 15 16 10 2 11 14 17 24
12 26 13 7 18 25 24 24 26 12 15
17 28 17 39 1 6 adn. 40 1 5 41 10
56 9 25 57 3 26 60 26 79 26 80 3
4 30 82 17 83 6 11 *bis* 87 26 *bis*
29 30 88 1 14 91 7 101 25 119 14
bis 131 3 6 8^b 8 32^b 25 55^b 9
57^b 2 59^b 3
civis Romanus 28^b 6 13 14 15
29^b 17 30^b 13 37^b 5 40^b 1 46^b 1
99^b 4 101^b 7 eques R. 28 15
40 13 <133 7> 31^b 4 38^b 28
populus R. 53 20 61 29 63 10 16
64 16 69 25 84 21 98 26 10 13
109 5 114 9 121 18 123 30 25^b
1 4 15 29^b 4 10 12 16 23 24 30^b 2 18
31^b 2 19 37^b 23 38^b 30 39^b 11 26
40^b 10 19 41^b 7 44^b 20 25 46^b 11
47^b 23 63^b 7 88^b 3 6 <101^b 19>
Sex. Roscius *Ciceronis cliens*
49 14 50 23 51 7 14 52 7 13 16
53 7 55 1 56 29 60 23 61 3 10 63
2 21 64 8 20 65 9 11 25 68 20 27
71 16 74 10 79 21 80 1 4 81 10
13 16 82 16 83 7 84 14 85 5 88 13
91 15 92 1 96 19 25 27 99 14 102
22 28 103 9 104 13 109 16 111 27
112 3 21 113 14 20
Sex. Roscius *pater* 55 14 57 4
9 24 58 3 59 15 20 60 3 66 21 80
30 81 22 85 23 25 86 25 88 29 89
11 24 93 3 101 9 15 19 22 102 7
104 19 110 15
T. Roscius Capito 56 18 57 12
58 5 21 60 18 62 6 81 17 84 17
89 23 27 90 25 91 1 2 5 94 10 14
96 28 97 1 19
T. Roscius Magnus 56 19 25 57
11 58 7 59 1 84 15 16 85 26 88
29 32 90 21 94 11 98 20 duo
Roscii 56 23 64 11 82 7 93 14 17
94 13 99 7 100 7 9
Q. Roscius *histrio* 34 25 35 4
116 4—136 4 *passim*
Ruteni 27^b 15
P. Rutilius Lupus (*cos. a. 90*)
42^b 2 44^b 11
Sallentini 105 4
Salus 34^b 7
P. Saurius *patronus C. Fanni*
Chaeraeae 116 20 121 26 123 12
125 17 23 130 14 134 15 136 2
Scaevola *v.* Mucius
P. (Quinctius?) Scapula *faene-*
rator 9 17 Scapulae 9 23 10
7 20 22
Scaurus *v.* Aemilius
Scipio *v.* Cornelius
Sebagnini *civitas Galliae* 36 16
Segodunum *v.* Crodunum
C. Sempronius Gracchus *trib.*
pl. 42^b 9 14 93^b 3
Idus Septembres 13 14
Cn. et Q. (Servillii) Caepiones
35^b 10 36^b 25 Servillii 55 18
sexagenarii *cf.* 91 10
tabula Sextia argentarii alicuius
12 2
Solo 78 2
Statilius *histrio* 126 15
Sulla *v.* Cornelius
Tarquieniensis 127 11 ager
-ensis 55^b 14 municipium
-ense 55^b 7

- Tarracinensis 75 16
 Telesinus *v.* Pontius
 Terentianus Phormio 63^b 3
 A. Terentius *testis* 62^b 2
 Thraeces 45^b 9
 ager Thurinus 6^b 3 7^b 21 vi-
 cinitas -na 8^b 25
 Tiberis 57 22 9i 11
 Titurius 32^b 25
 Tolosa 32^b 25 33^b 45
 M. Trebellius *Sex. Naevi ami-*
 cus 10 27
 M. Tullius 3^b 4—20^b 18 *passim*
 M. Tullius Cicero 3^b 11
 Tusculanum 75^b 28
 Tusculum 43^b 12
 Umbria 68 17
- Vada Volaterrana 11 21
 C. Valerius Flaccus *propraetor*
 Galliae a. 83 13 3
 M. Valerius Messalla (*cos. a. 61?*)
 111 25 112 8
 lex Valeria 101 18 25^b 3
 ager Veiens 68 12
 Veientanum 104 20
 Vesta 46^b 21
 virgo Vestalis 46^b 10 25 47^b 24
 P. Vetilius *propinquus Sex.*
 Aebutii 61^b 19
 Vocontii 33^b 17
 Volaterrae 57 20 93 2
 incommodum Volaterranum 58^b
 19 *cf.* Vada Volaterrana
 Volcae 36^b 15
 Vulchalo (Volca-Mommsen) 33^b
 1 [2]

M. TULLI CICERONIS PRO P. QUINCTIO ORATIO

SIGLA

- T = palimpsestus Taurinensis (*exstant testimonia ad 50 p. 23, 1*
sed bonorum . . . tute collegis- 53 p. 24, 12 ad 66 p. 30, 3
-sentem sine causa . . . commemorando renova- 70 p. 31, 12
ad 92 p. 42, 1 minas quas . . . ait officium 93 p. 42, 20)
- Σ = codex Parisinus 14749 (olim S. Victoris 91) s. XV
- b = codex S. Marci 255 (Flor. Bibl. Nat. I IV 4) s. XV
b¹ = *ipse librarius*
B = *corrector*
- ω = Σb
- ς = recentiores codices vel singuli vel omnes

NOTAE

- | | |
|--|--|
| <i>Ang.</i> = Angelius | <i>Lb.</i> = Lambinus |
| <i>Bai.</i> = Baiter | <i>Man.</i> = Manutius |
| <i>Ber.</i> = Beroaldus | <i>Mdv.</i> = Madvig. 1856 = Jahrb.
LXXIII 1856 p. 117—119. |
| <i>Cl.</i> = Clark | 1884 = <i>Adversaria critica</i>
III 1884 |
| <i>Ern.</i> = Ernesti | <i>Mo.</i> = Mommsen |
| <i>Gar.</i> = Garatonius | <i>Mue.</i> = C. F. W. Mueller |
| <i>Gul.</i> = Gullelmius | <i>Naug.</i> = Naugerius |
| <i>Ha.</i> = Halm | <i>Oetl.</i> = W. Oetling, Progr. Ol-
denburg 1882 |
| <i>Htm.</i> = J. J. Hartman, Mnem.
N. S. XLV 1917, p. 205—227 | <i>Pluy.</i> = Pluygers, Mnem. VII
1858, p. 205—206 et Mnem.
N. S. VIII 1880, p. 367—370 |
| <i>Hot.</i> = Hotomanus | <i>Rau.</i> = Ravius |
| <i>Kay.</i> = Kayser | <i>Rinkes</i> = S. H. Rinkes, Mnem.
VIII 1859, p. 440—443 |
| <i>RKl.</i> = R. Klotz. 1862 = <i>Ad-
notationes ad M. Tulli Ci-
ceronis orationem Quincti-
aniam 1862</i> | <i>Zie.</i> = Th. Zielinski, <i>Das Clau-
selgesetz in Ciceros Reden</i>
1904 |
| <i>Kue.</i> = B. Kuebler, Zeitschr. d.
Savigny-Stiftung für Rechts-
gesch. Rom. Abh. XIV 1893,
p. 548 sq. | |

TESTIMONIA

Gell. 15, 28, 3 dinumeratis quippe annis a Q. Caepione et Q. Serrano quibus consulibus ante diem tertium Nonas Januarias M. Cicero natus est (*a. a. Chr. 106*), ad M. Tullium et Cn. Dolabellam quibus consulibus causam privatam pro Quinctio apud Aquilium Gallum iudicem dixit (*a. a. Chr. 81*), sex et viginti anni reperiuntur.

Schol. Gron. Cic. Sex. Rosc. 59 p. 309, 26 St. ceterum privatas (*causas Cicero*) dixerat, ut Quintianam et ceteras.

1
1 Quae res in civitate duae plurimum possunt, eae
contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa
gratia et eloquentia. quarum alteram C. Aquili, vereor,
alteram metuo. eloquentia Q. Hortensi ne me in di-
cendo impediatur nonnihilo commoveor, gratia Sex. Naevi
ne P. Quinctio noceat, id vero non mediocriter per-
2 timesco. neque hoc tanto opere querendum videretur
haec summa in illis esse, si in nobis essent saltem
mediocria. verum ita se res habet ut ego qui neque
usu satis et ingenio parum possum, cum patrono di-
sertissimo comparer, P. Quinctius cui tenues opes,
nullae facultates, exiguae amicorum copiae sunt, cum
3 adversario gratiosissimo contendat. illud quoque nobis
accedit incommodum quod M. Iunius qui hanc <cau-
sam C. Aquili,> aliquotiens apud te egit, homo et in
aliis causis exercitatus et in hac multum et saepe ver-
satus, hoc tempore abest nova legatione impeditus,
et ad me ventum est qui ut summa haberem cetera,
temporis quidem certe vix satis habui ut rem tantam,
4 tot controversiis implicatam, possem cognoscere. Ita
quod mihi consuevit in ceteris causis esse adiumento,
id quoque in hac causa deficit. nam quod ingenio mi-

4 in B ζ om. Σ b¹ in dicendo *dcl. Hlm. p. 206* 6 ne P. ζ nepotis (ne *add. B*) Σ b¹ Quinctio: Quinctius *semper T*; Quinctius *reliqui* 7 neque b ζ nec Σ tanto opere B ζ tanto tempore Σ tempore b¹ ζ 14 *add. RKL.* 18 est b ζ om. Σ 20 possem *ed. Rom.* possim ω 22 quod . . . comparavi *Quint. inst. 11, 1, 19* quod *Quint. cod. B* quo ω *ceteri codd. Quint.* ingenio minus *Quint.* minus ingenio ω

nus possum, subsidium mihi diligentia comparavi.
 quae quanta sit, nisi tempus et spatium datum sit, in-
 tellegi non potest. quae quo plura sunt C. Aquili,
 eo te et hos qui tibi in consilio sunt, meliore mente
 5 nostra verba audire oportebit, ut multis incommodis
 veritas debilitata tandem aequitate talium virorum
 recreetur. quodsi tu iudex nullo praesidio fuisse vi- 5
 debere contra vim et gratiam solitudini atque inopiae.
 si apud hoc consilium ex opibus, non ex veritate causa
 10 pendetur, profecto nihil est iam sanctum atque sincerum
 in civitate, nihil est quod humilitatem cuiusquam
 gravitas et virtus iudicis consoletur. certe aut
 apud te et hos qui tibi adsunt veritas valebit, aut ex
 hoc loco repulsa vi et gratia locum ubi consistat re-
 15 perire non poterit.

Non eo dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium 2
 tua fides et constantia, aut quo non <in> his quos tibi
 advocasti viris lectissimis civitatis spem summam ha-
 bere P. Quinctius debeat. quid ergo est? primum 6
 20 magnitudo periculi summo timore hominem afficit,
 quod uno iudicio de fortunis omnibus decernit, idque
 dum cogitat, non minus saepe ei venit in mentem
 potestatis quam aequitatis tuae, propterea quod omnes
 quorum in alterius manu vita posita est, saepius
 25 illud cogitant quid possit is cuius in ditione ac
 potestate sunt quam quid debeat facere. deinde habet 7
 adversarium P. Quinctius verbo Sex. Naevium, re vera
 huiusce aetatis homines disertissimos fortissimos ho-

1 subsidium *Quint.* subsidio ω diligentia *Quint. cod.* B
 diligentiam ω ceteri *codd.* *Quint.* 2 quanta sit *del. Pluy.*
 datum est *Rkl. 1862 p. 4* 4 eo B ξ eos Σ b¹ 7 nulli *Lb.*
 nullo *recte explicat Htm. p. 206* 10 atque Σ b¹ neque B ξ
 11 est *del. ed. Hervag.* 14 ubi Σ ubi res b ξ 16 eo
 <id> *Rinkes 1859 p. 441* dico b ξ loquor Σ quo Σ ξ quod b
 17 *add. §* 18 advocasti b advocavisti Σ ξ lectissimis *Lb.*
 elect. ω 22 dum B ξ cum Σ b¹ 28 honestissimos b horren-
 tissimos Σ ornatissimos ξ florentissimos *Hot. cf. 72 L. Philippus*
 eloquentia gravitate honore florentissimus civitatis

nestissimos nostrae civitatis, qui communi studio sum-
 mis opibus Sex. Naevium defendunt, si id est defen-
 dere, cupiditati alterius obtemperare, quo is facilius
 8 quem velit iniquo iudicio opprimere possit. nam quid
 hoc iniquius aut indignius C. Aquili, dici aut comme- 5
 morari potest, quam me qui caput alterius famam
 fortunasque defendam, priore loco causam dicere?
 cum praesertim Q. Hortensius qui hoc iudicio partes
 accusatoris obtinet, contra me sit dicturus, cui sum-
 mam copiam facultatemque dicendi natura largita est. 10
 ita fit ut ego qui tela depellere et vulneribus mederi
 debeam, tum id facere cogar cum etiam telum adver-
 sarius nullum iecerit, illis autem id tempus impug-
 nandi detur, cum et vitandi illorum impetus potestas
 adempta nobis erit et siqua in re, id quod parati sunt 15
 facere, falsum crimen quasi venenatum aliquod telum
 9 iecerint, medicinae faciendae locus non erit. id accidit
 praetoris iniquitate et iniuria, primum quod contra
 omnium consuetudinem iudicium prius de probro
 quam de re maluit fieri, deinde quod ita constituit 20
 id ipsum iudicium, ut reus antequam verbum accusa-
 toris audisset, causam dicere cogeretur. quod eorum
 gratia et potentia factum est, qui quasi sua res aut ho-
 nos agatur, ita diligenter Sex. Naevi studio et cupi-
 ditati morem gerunt et in eiusmodi rebus opes suas 25
 experiuntur, in quibus quo plus propter virtutem no-
 bilitatemque possunt, eo minus quantum possint de-
 bent ostendere.

10 Cum tot tantisque difficultatibus affectus atque af-

8 <in> hoc *Bai. sed cf. Clu. 100* quae illo iudicio in Stoei-
 num dicta sunt. *Verr. 1, 6* desinent homines dicere his iudiciis
 pecuniam plurimum posse qui . . . obtinet *del. Htm. p. 208; sed*
accusatoris partes cum obtinere qui postero loco loquitur, non
sine causa effertur 13 iecerit B legerit Σb^1 vel hoc vel ege-
 rit ξ illis . . . et siqua *om. b^1* 16 falsum crimen *del. Htm.*
p. 208 17 iecerint B legerint Σb^1 vel hoc vel egerint ξ
 19 omnium ΣB omnem b^1 prius *del. Htm. p. 209* 25 in B
om. Σb^1 27 quantum ξ quod Σ quam $b \xi$ *fort. recte*

flictus in tuam C. Aquili, fidem veritatem misericordiam P. Quinctius confugerit, cum adhuc ei propter vim adversariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus aequus reperiri potuerit, cum
 5 ei summam per iniuriam omnia inimica atque infesta fuerint, te C. Aquili, vosque qui in consilio adestis orat atque obsecrat, ut multis iniuriis iactatam atque agitatum aequitatem in hoc tandem loco consistere et confirmari patiamini. id quo facilius facere possitis,³
 10 dabo operam ut a principio res quemadmodum gesta et contracta sit cognoscatis.

C. Quinctius fuit P. Quincti huiusce frater, sane ceterarum rerum pater familias et prudens et attentus, una in re paulo minus consideratus, qui societatem
 15 cum Sex. Naevio fecerit, viro bono, verum tamen non ita instituto ut iura societatis et officia certi patris familias nosse posset; non quo ei deesset ingenium; nam neque parum facetus scurra Sex. Naevius neque inhumanus praeco umquam est existimatus. quid ergo
 20 est? cum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater nihil praeter libertatem reliquisset, vocem in quaestum contulit, libertate usus est quo impunius dicax esset. quare quidem socium tibi eum velles¹²
 25 adiungere nihil erat, nisi ut in tua pecunia condisceret, qui pecuniae fructus esset. tamen inductus consuetudine ac familiaritate Quinctius fecit, ut dixi, societatem earum rerum quae in Gallia comparabantur. erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa. tollitur ab atriis Liciniis atque a
 30 praeconum consensu in Galliam Naevius et trans Alpes

7 atque obsecrat . . . iactatam om. Σb^1 12 C. Quintius frater huiusce P. Quintii fuit *Victor. RL. 201, 25* huiusce *Victor. huius ω* 17 ei B ζ eidem Σ idem b¹ 27 comparantur *Htm. p. 209; imperfectum eiusdem generis atque in Plaut. Capt. 285* quid erat ei nomen? *sim* 28 pecuaria $\Sigma B\zeta$ pecuniaria b¹ 29 liciniis b ζ licinius Σ a praeconum consensu B ζ ad praeconium consensu Σb^1 30 in Galliam *del. Rinkes 1859 p. 443 cum illud hysteronproteron explicativum non agnosceret*

usque transfertur. fit magna mutatio loci, non ingenii. nam qui ab adulescentulo quaestum sibi instituisset sine impendio, posteaquam nescioquid impendit et in commune contulit, mediocri quaestu contentus esse non poterat. nec mirum si is qui vocem⁵ venalem habuerat, ea quae voce quaesiverat, magno sibi quaestui fore putabat. itaque hercule haud mediocriter de communi quodcumque poterat ad se in privatam domum sevocabat. qua in re ita diligens erat, quasi ii qui magna fide societatem gererent, arbitrium¹⁰ pro socio condemnari solerent. verum his de rebus non necesse habeo dicere, ea quae me P. Quinctius cupit commemorare, tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, praeteribo.

⁴ Cum annos iam complures societas esset, et cum¹⁵ saepe suspectus Quinctio Naevius fuisset neque ita commode posset rationem reddere earum rerum quas libidine, non ratione gesserat, moritur in Gallia Quinctius, cum adesset Naevius, et moritur repentino. heredem testamento reliquit hunc P. Quinctium, ut ad²⁰ quem summus maeror morte sua veniebat, ad eundem summus honos quoque perveniret. quo mortuo nec ita multo post in Galliam proficiscitur Quinctius, ibi cum isto [Naevio] familiariter vivit. annum fere una sunt, cum et de societate multa inter se communi-²⁵ carent et de tota illa ratione atque re Gallicana. neque interea verbum ullum interposuit Naevius aut societatem sibi quidpiam debere, aut privatim Quinc-

8 quodcumque *Bai.* quod quidque (quisque b) ω quidquid *Naug.* quod ubique *RKL.* 1862 p. 12; an quo⟨mo⟩d⟨o⟩ quidque?

10 ii s hi Σb arbitrium ω arbitrio *Hot.* ad arbitrium *Ranconnetus* 11 solerent b¹ s solent ΣB 12 distinctionem mutavi. vulgo ea . . . commemorare ad antecedentia referunt

13 commemorare ω omittere *Htm.* p. 210 tametsi ω nam etsi *Hot.* ⟨et⟩ tametsi *Bai.* ⟨quae⟩ t. *Mue.* 15 complures ΣB quam plures b¹ 19 repentino pro repente Cicero ut Statilius Maximus notat *Char. GL I* 217, 3 22 quo mortuo *del. Kay.*

ntsi forte quid excidit ante nec 24 *del. Man.* 28 debere b s -ret Σ ⟨C.⟩ Quinctium *coni. Mue.*

tium debuisse. cum aeris alieni aliquantum esset relic-
 tum, quibus nominibus pecuniam Romae curari oport-
 teret, auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se
 facturum esse proscribit earum rerum quae ipsius
 5 erant privatae. ibi tum vir optimus Sex. Naevius ho- 16
 minem multis verbis deterret ne auctionetur; eum non
 ita commode posse eo tempore quo proscripsisset ven-
 dere; Romae sibi nummorum facultatem esse, quam si
 saperet communem existimaret pro fraterna illa neces-
 10 situdine et pro ipsius affinitate; nam P. Quincti con-
 sobrinam habet in matrimonio Naevius et ex ea libe-
 ros. quia quod virum bonum facere oportebat, id lo-
 quebatur Naevius, credidit Quinctius eum qui oratio-
 nem bonorum imitaretur, facta quoque imitaturum:
 15 auctionem velle facere desistit, Romam proficiscitur.
 decedit ex Gallia Romam simul Naevius. cum pecu- 17
 niam C. Quinctius P. Scapulae debuisset, per te C.
 Aquili, decidit P. Quinctius quid liberis eius dissol-
 veret. hoc eo per te agebatur quod propter aerariam
 20 rationem non satis erat in tabulis inspexisse quantum
 deberetur, nisi ad Castoris quaesisses quantum sol-
 veretur. decidis statisque tu propter necessitudinem
 quae tibi cum Scapulis est, quid iis ad denarium sol-
 veretur.

25 Haec omnia Quinctius agebat auctore et consuasore 5
 Naevio. nec mirum si eius utebatur consilio cuius 18

1 aliquantum Σς -quantulum b non male 2 curari oport-
 teret ΣBς curare oportuerit b¹ 3 in Gallia del. Htm. p. 212;
 opponitur haec notio voci Romae, explicatur addito Narbone.
 illis deletis Narbone antecipiendum erat 5 tum ΣBς tamen
 b¹ 6 eum Σς cum b 7 posse Σς posset b quo ω quae
 ed. Rom cf. Rkl. 1862 p. 5 13 credidit Σς credebat b 15 de-
 sistit ΣB destitit b¹ 18 decidit ω -ditur Σ mg. quid Bai.
 quod ω 19 agebatur B coge- Σb¹ 20 non satis . . . sol-
 veretur Arus. GL VII 453, 29 (propter ellipsim vocis templum)
 om. in tabulis . . . quantu- 21 ad h. l. cf. BGNiebuhr, Kleine
 Schriften II 1843 p. 209—213 ad castoris Σ ad catonis cod. Arus.
 a quaestoribus b vel hoc vel ad quaestores ε quaesisses Arus.
 -et ω

auxilium sibi paratum putabat. non modo enim pollicitus erat in Gallia, sed Romae cotidie, simulatque sibi hic adnuisset, numeraturum se dicebat. Quinctius porro istum posse facere videbat, debere intellegebat, mentiri, quia causa cur mentiretur non erat, 5 non putabat, quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum. Naevium certiore facit, 19 rogat ut curet quod dixisset. tum iste vir optimus — vereor ne se derideri putet, quod iterum iam dico 'optimus' — qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eum suis condicionibus in ipso articulo temporis adstringeret, assem sese negat daturum, nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset et scisset sibi cum Quinctio controversiae nihil futurum. 'posterius' inquit 'ista videbimus' Quinctius; 15 'nunc hoc velim cures, si tibi videtur, quod dixisti.' negat se alia ratione facturum; quod promisisset, non plus sua referre quam si, cum auctionem venderet, 20 domini iussu quidpiam promisisset. destitutione illa percussus Quinctius a Scapulis paucos dies aufert, in 20 Galliam mittit, ut ea quae proscripserat venirent, de teriore tempore absens auctionatur, Scapulis difficiliore condicione dissolvit. tum appellat ultro Naevium, ut quoniam suspicaretur aliqua de re fore controversiam, videret ut quam primum et quam minima 25 cum molestia tota res transigeretur. dat iste amicum M. Trebellium, nos communem necessarium, qui istius domi erat eductus et quo utebatur iste plurimum, propinquum nostrum Sex. Alfenum. res convenire nullo modo poterat, propterea quod hic mediocrem 30 iacturam facere cupiebat, iste mediocri praeda contentus non erat. itaque ex eo tempore res esse in

6 domi nummos B ξ dominum Σ b¹ 8 tum ex cum Σ
 11 putaret Σ b¹ putet B 18 auctione ξ Hof. 26 tota res
 transigeretur Σ B ξ res tr. tota b¹ 27 nos b ξ nostrum Σ
 28 eductus B (sicut 69 p. 31, 2 T contra ceteros codd.) edu-
 catus Σ b¹

vadimonium coepit. cum vadimonia saepe dilata essent, et cum aliquantum temporis in ea re esset consumptum neque quicquam profectum esset, venit ad vadimonium Naevius.

- 5 Obsecro C. Aquili vosque qui adestis in consilio, 6 ut diligenter attendatis, ut singulare genus fraudis et novam rationem insidiarum cognoscere possitis. ait²³ se auctionatum esse in Gallia; quod sibi videretur, se vendidisse; curasse nequid sibi societas deberet; se
10 iam neque vadari amplius neque vadimonium promittere; siquid agere secum velit Quinctius, non recusare. hic cum rem Gallicanam cuperet revisere, hominem in praesentia non vadatur; ita sine vadimonio disceditur. deinde Romae dies xxx fere Quinctius
15 commoratur; cum ceteris quae habebat vadimonia differt, ut expeditus in Galliam proficisci possit; proficiscitur. Roma egreditur ante diem iv Kalendas²⁴ Februarias Quinctius Scipione et Norbano coss. quaeso ut eum diem memoriae mandetis. L. Albius Sex. filius
20 Quirina vir bonus et cum primis honestus una profectus est. cum venissent ad Vada Volaterrana quae nominantur, vident perfamiliarem Naevi qui ex Gallia pueros venales isti adducebat L. Publicium; qui ut Romam venit, narrat Naevio quo in loco viderit Quinctium. quod ubi ex Publicio * * * * * pueros cir-²⁵ cum amicos dimittit, ipse suos necessarios ab atriis

1 vadimonium Σb^1 -nio B 3 esset *del. Htm. p. 212*
 8 se auctionatum esse Σ auct. se esse b 16 possit $\Sigma b^1 \zeta$
 posset B 17 IV ω II *Hot. cl. 57 p. 26, 17, sed cf. Oettl. p. 12*
 18 scipione B spicione Σ spric- $b^1 \zeta$ 20 Quirina *Naug.*
 quirinas ω cum primis ΣB inprimis b^1 21 vada volaterrana
 B vadabo laterrana Σb^1 nominantur B -natur Σb^1 23 ad-
 ducebat B -bant Σb^1 25 ubi $\Sigma \zeta$ nisi b *post Publicio lac.*
unius versus et dimidii in Σb^1 quam explevit B his verbis nar-
ratum Naevio esset non tam cito res in contentionem venisset. tum
Naevius ipse. quae cum lectione nisi v. 25 nitantur, ex arbi-
trio posita esse apparet. <audivit> suppl. Rau. ad sensum qui-
dem non male, sed plura periisse ex ambitu lacunae in Σb^1
cognoscitur

Liciniis et a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi adsint hora secunda postridie. veniunt frequentes. testificatur iste P. Quintium non stetit et stetit se; tabulae maximae signis hominum nobilium consignantur, disceditur. postulat⁵ a Burrieno praetore Naevius ut ex edicto bona possidere liceat; iussit bona proscribi eius quicum familiaritas fuerat, societas erat, affinitas liberis istius vivis²⁰ divelli nullo modo poterat. qua ex re intellegi facile potuit nullum esse officium tam sanctum atque¹⁰ sollemne, quod non avaritia comminuere ac violare soleat. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est iste qui amicum socium affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se et perfidiosum et impium esse fateatur.¹⁵

27 libellos Sex. Alfenus procurator P. Quinti, familiaris et propinquus Sex. Naevi deicit, servulum unum quem iste prederat abducit, denuntiat sese procuratorem esse, istum aequum esse famae fortunisque P. Quinti consulere et adventum eius exspectare; quod si facere²⁰ nolit atque imbiberit eiusmodi rationibus illum ad suas condiciones perducere, sese nihil precari et si-²⁸ quid agere velit iudicio defendere. haec dum Romae geruntur, Quintius interea contra ius consuetudinem edicta praetorum de saltu agroque communi a servis²⁵ communibus vi detruditur.

7 Existima C. Aquili, [id] modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse, si hoc quod per litteras istius

3 testificatur ipse Σ -cantur ipsi $b\zeta$ stetit se Σ se stetit $b\zeta$; stitisse *bis* *Hot. Gell. 2, 14 secutus. sed Char. GL I 247, 26 sisto sistis steti. Diom. GL I 380, 10 sisto perfecto 'steti' aut 'statui'. Prisc. GL II 419, 3 'sisto statui' vel ut quidam 'steti' (cf. II 537, 14sq)* 4 maximae ζ -me ω ; *cf. RKL 1862 p. 6* 7 quicum . . . erat *Arus. GL VII 504, 23 (propter quicum) fuerat om. Arus. cod.* 17 deicit ω deicere libellos *applicat Htm. p. 214: voluntariam proscribere praediorum venditionem* 18 abducit $\Sigma\zeta$ adducit b 21 imbiberit $\Sigma\zeta$ inhi-
buerit b 25 edicta ζ edicto ω 27 *del. Ang.*

in Gallia gestum est, recte atque ordine factum videtur. expulsus atque eiectus e praedio Quinctius accepta insigni iniuria confugit ad C. Flaccum imperatorem qui tunc erat in provincia, quem ut ipsius dignitas
 5 pascit, honoris gratia nomino. is eam rem quam vehementer vindicandam putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. Alfenus interea Romae cum isto
 10 gladiatore vetulo cotidie pugnabat; utebatur populo sane suo, propterea quod iste caput petere non desinebat. iste postulat ut procurator iudicatum solvi
 15 satis daret; negat Alfenus aequum esse procuratorem satis dare, quod reus satis dare non deberet, si ipse adesset. appellantur tribuni; a quibus cum esset certum auxilium petitum, ita tum disceditur ut Idibus
 20 Septembribus P. Quinctium sisti Sex. Alfenus promitteret.

Venit Romam Quinctius, vadimonium sistit. iste
 25 homo acerrimus bonorum possessor expulsor ereptor, annum et sex menses nihil petit quiescit, condicionibus hunc quoad potest producit, a Cn. Dolabella denique praetore postulat ut sibi Quinctius iudicatum solvi satis det ex formula: QUOD AB EO PETAT QUIUS EX EDICTO PRAETORIS BONA DIES XXX POSSESSA SINT. Non recusabat Quinctius quin ita satis dare iuberetur,
 30 si bona possessa essent ex edicto. decernit — quam aequum nihil dico, unum hoc dico: novum; et hoc ipsum tacuisse mallet, quoniam utrumque quivis intellegere potuit — sed iubet P. Quinctium sponsionem

1 recte Σb^1 ratione B (e v. 27 p. 12) 4 tunc ω tum ς
 6 poteritis ΣB poteris b^1 10 postulat ω -labat ed. Rom.
 11 satis det Lb. 14 tum $\Sigma \varsigma$ tamen b Ern. 18 possessor
 b ς possessorum Σ 19 nihil petit del. Htm. p. 215 *probabiliter*
 22 quouis (cuius Man.) RKL. quoniam eius ω 23 praetoris Σb^1 praetoris ro. B ς sint ΣB sunt $b^1 \varsigma$ 24 iuberetur
 ς Hot. iuberet ω 25 decernit ΣB decrevit b^1 27 tacuissem Ha. tunc dicendum fuisse mallet tacuissem recte monet RKL. 1862 p. 8 28 potuit sed Mue. potuisset ω quo servato iubet del. Htm. p. 215; repetit orator notionem decernendi longu parentesi in oblivionem adductam

cum Sex. Naevio facere: SI BONA SUA EX EDICTO P. BURRIENI PRAETORIS DIES XXX POSSESSA NON ESSENT. recusabant qui aderant tum Quinctio, demonstrabant de re iudicium fieri oportere, ut aut uterque inter se aut neuter satis daret; non necesse esse famam alte-⁵
 31 rius in iudicium venire. clamabat porro ipse Quinctius sese idcirco nolle satis dare, ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse; sponsionem porro si istiusmodi faceret, se, id quod nunc evenit, de capite suo priore loco causam esse dicturum. Dolabella¹⁰ quemadmodum solent homines nobiles: seu recte seu perperam facere coeperunt, ita in utroque excellent ut nemo nostro loco natus assequi possit — iniuriam facere fortissime perseverat; aut satis dare aut sponsionem iubet facere, et interea recusantes nostros ad-¹⁵ vocatos acerrime submoveri.

9 Conturbatus sane discedit Quinctius; neque mirum,
 32 cui haec optio tam misera tamque iniqua daretur ut aut ipse se capitis damnaret, si satis dedisset, aut causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. cum in altera re causae nihil esset quin secus iudicaret ipse de se, quod iudicium gravissimum est, in altera spes esset ad talem tamen virum iudicem veniendi, unde eo plus opis auferret quo minus attulisset gratiae, sponsionem facere maluit. fecit, te iudicem C. Aquili, sumpsit, ex sponso egit. in hoc summa²⁰ iudicii causaque tota consistit.

33 Iudicium esse C. Aquili, non de re pecuniaria, sed de fama fortunisque P. Quincti vides. cum maiores ita constituerint ut qui pro capite diceret, is posteriore³⁰

1 cum *om.* b 2 burrieni b burreni Σ 3 tum *ed. Ven.* cum ω 10 'Dolabella autem quem admodum homines nobiles' usque 'iniuriam <facere> fortissime perseverat' *Rufin. RL 43, 22* 12 ita . . . assequi possit *del. Htm. p. 216 deleto loci acumine* excellunt ΣB excedunt b¹ 13 possit ε *Man.* posset ω 14 satisfacere B satisfacere Σb¹ 22 se B re Σb¹
 23 tamen Σ tum b 26 sponso *Hot.* sponso ω; *cf. Sulpic. Gell. 4 7, 2 Varro ling. 6, 72* 30 is . . . diceret B *om.* Σb¹

loco diceret, nos inaudita criminatione accusatorum
 priore loco causam dicere intellegis. eos porro qui
 defendere consuerunt vides accusare, et ea ingenia
 5 converti ad perniciem quae antea versabantur in sa-
 lute atque auxilio ferendo. illud etiam restiterat quod
 hesterno die fecerunt, ut te in ius educerent, ut nobis
 tempus quam diu diceremus praestitueres; quam rem
 facile a praetore impetrassent, nisi tu quod esset tuum
 ius et officium potestasque docuisses. neque nobis³⁴
 10 adhuc praeter te quisquam fuit ubi nostrum ius contra
 illos obtineremus, neque illis umquam satis fuit illud
 obtinere quod probari omnibus posset. ita sine iniuria
 potentiam levem atque inopem esse arbitrantur. 10

Verum quoniam tibi instat Hortensius, ut eas in
 15 consilium, a me postulat ne dicendo tempus absumam,
 queritur priore patrono causam defendente numquam
 perorari potuisse, non patiar istam manere suspicio-
 nem, nos rem iudicari nolle — neque illud mihi arro-
 gabo, me posse causam commodius demonstrare
 20 quam antea demonstrata sit, neque tamen tam multa
 verba faciam, propterea quod et ab illo qui tum dixit
 informata iam causa est, et a me qui neque excogitare
 neque pronuntiare multa possum, brevitatis postulatur,
 quae mihimet ipsi amicissima est. faciam quod te³⁵
 25 saepe animadverti facere Hortensi, totam causae meae

2 intelligis ξ intelligitis (*in lac.* Σ^2) ω 6 educerent B
 adducerent Σb^1 ; cf. *Gell. 11, 17, 2* in quodam edicto (*sc. prae-*
torio) antiquiore ita scriptum invenimus . . . siquis eorum ad me
 eductus fuerit 8 impetrassent *Naug. om. in lac. (VIII litt. in*
assent

Σ , plus quam XV in b) Σb^1 impetrari spero B 9 potestas-
 que B testesque Σb^1 12 posset Σb^1 possit B 17 patiar
 B patiaris Σb^1 18 neque Σ nec $b\zeta$ 20 demonstrata sit
 ω -tast *RKL. 1862 p. 4, sed cf. F. Gaffiot, Pour le vrai latin*
1909 p. 94 sq. 21 tum Σb^1 ante B 22 informata iam Σb^1
 iam inf. B 24 ipsi B ipsa (*in ras.* Σ^2) Σb^1 faciam . . . di-
 vidam *Grillium fol. 34^a cod. Fris. laudare Ha. adnotat ed.*
Tur. II 2² p. 1431, in editione RL. 596 locus non receptus est
 quod ω ut *Grill.* 25 saepe ω semper *Grill.*

dictionem certas in partes dividam. tu id semper facis quia semper potes, ego in hac causa faciam, propterea quod in hac videor posse facere; quod tibi natura dat ut semper possis, id mihi causa concedit ut hodie possim. certos mihi fines terminosque constituam,⁵ extra quos egredi non possim, si maxime velim, ut et mihi sit propositum de quo dicam, et Hortensius habeat exposita ad quae respondeat, et tu C. Aquili, iam ante animo prospicere possis quibus de rebus auditurus sis.

10

36 Negamus te bona P. Quincti, Sex. Naevi, possedis-
disse ex edicto praetoris. in eo sponsio facta est.
ostendam primum causam non fuisse cur a praetore
postulares ut bona P. Quincti possideres, deinde ex
edicto te possidere non potuisse, postremo non posse-¹⁵
disse. quaeso C. Aquili vosque qui estis in consilio,
ut quid pollicitus sim diligenter memoriae mandetis;
etenim rem facilius totam accipietis, si haec memine-
ritis, et me facile vestra existimatione revocabitis, si
extra hos cancellos egredi conabor quos mihi ipse cir-²⁰
cumdedi. nego fuisse causam cur postularet, nego ex
edicto possidere potuisse, nego possedis-
cum docuero, peroraro.

11
37

Non fuit causa cur postularet. Qui hoc intellegi
potest? quia Sex. Naevio neque ex societatis ratione²⁵
neque privatim quicquam debuit Quinctius. Quis huic
rei testis est? idem qui acerrimus adversarius; in hanc

1 certas *om. Grill.* 2 quia Σ quia id b 6 ut et Σ
ut b 11 *Mart. Cap. 556 RL 488, 1* ut est pro Quinctio: 'Ne-
gamus . . . Quincti possedis-
disse ex edicto praetoris'. et primo
sic incipit: nullam causam fuisse postulandae proscriptionis.
huic subicit: nec ex edicto possidere potuisse. ad extremum:
nec possessa esse. 'haec' inquit 'tria cum docuero perorabo'
20 ipse Σ ipsi b 23 peroraro \leq peroravero b¹ perorabo
 Σ B *Mart. Cap. l. l. cf. Verr. 3, 154* de qua cum dixerō, totum hoc
crimen decumanum peroraro (*sic Clun. contra Vatic.*) 24 po-
stularet \leq *Hot.* postulares ω 26 privatim Σ B -tum b¹
27 hanc rem \leq hac re ω ; *cf. Verr. 2, 146* in hanc rem testem
totam civitatem citabo

rem te, te inquam, testem Naevi citabo. annum et
 eo diutius post mortem C. Quincti fuit in Gallia te-
 cum simul Quinctius. doce te petisse ab eo istam
 nescioquam innumerabilem pecuniam, doce aliquando
 5 mentionem fecisse, dixisse deberi: debuisse concedam.
 moritur C. Quinctius qui tibi ut ais certis nominibus³⁸
 grandem pecuniam debuit. heres eius P. Quinctius in
 Galliam ad te ipsum venit in agrum communem, eo
 denique ubi non modo res erat, sed ratio quoque om-
 10 nis et omnes litterae. quis tam dissolutus in re fa-
 miliari fuisset, quis tam negligens, quis tam tui Sexte
 dissimilis, qui cum res ab eo quicum contraxisset,
 recessisset et ad heredem pervenisset, non heredem
 cum primum vidisset, certiolem faceret appellaret ra-
 15 tionem afferret, siquid in controversiam veniret, aut
 intra parietes aut summo iure experiretur? itane est?
 quod viri optimi faciunt, siqui suos propinquos ac
 necessarios caros et honestos esse atque haberi volunt,
 id Sex. Naevius non faceret, qui usque eo fervet fer-
 20 turque avaritia ut de suis commodis aliquam partem
 velit committere, nequam partem huic propinquo suo
 ullius ornamentum relinquat? et is pecuniam siqua de-³⁹
 beretur non peteret, qui quia quod debitum numquam
 est, id datum non est, non pecuniam modo, verum
 25 etiam hominis propinqui sanguinem vitamque eripere
 conatur? huic tum molestus esse videlicet noluisti,
 quem nunc respirare libere non sinis; quem nunc inter-
 ficere nefarie cupis, eum tum pudenter appellare nole-
 bas. ita credo; hominem propinquum tui observantem,

1 testem . . . citabo b⁵ teste . . . citato Σ 2 post mortem
 C. Quincti *del. Rinkes 1859 p. 412* 18 caros ω claros *Hot.*
quod ante honestos minus bene se haberet; cf. e. g. Phil. 1, 35
 ut malis carus esse quam metui 19 fervet Σ^b ferbit B⁵,
unde fervit scriptum fuisse coni. RKL. 1862 p. 13 non male
 21 velit Σ nolit b committere Σ obmittere b am- vel om-
 28 tum *Naug.* tamen Σ tu b⁵ sensu non deteriore pu-
 denter Σ^b impudenter b *mg.* s

virum bonum pudentem maiorem natu nolebas aut non audebas appellare; saepe ut fit cum ipse te confirmasses, cum statuisses mentionem de pecunia facere, cum paratus meditatatusque venisses, homo timidus virginali verecundia subito ipse te retinebas, excidebat 5 repente oratio, cum cuperes appellare, non audebas, 12 ne invitus audiret. id erat profecto. Credamus hoc, Sex. 40 Naevium cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. si debuisset, Sexte petisses, et petisses statim; si non statim, paulo quidem post; si non paulo, at 10 aliquanto; sex quidem illis mensibus profecto; anno vertente sine controversia. Anno et sex mensibus vero cum tibi cotidie potestas hominis fuisset admonendi, verbum nullum facis; biennio iam confecto fere appellas. quis tam perditus ac profusus nepos non adesa 15 iam, sed abundanti etiam pecunia sic dissolutus fuisset ut fuit Sex. Naevius? cum hominem nomino, 41 satis mihi videor dicere. debuit tibi C. Quintius, numquam petisti; mortuus est ille, res ad heredem venit; cum eum cotidie videres, post biennium denique ap- 20 pellas. dubitabitur utrum sit probabilius, Sex. Naevium statim siquid deberetur petiturum fuisse, an ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus non erat? at tecum plus annum vixit. In Gallia 25 agi non potuit? at et in provincia ius dicebatur, et Romae iudicia fiebant. Restat ut aut summa neglegentia tibi obstiterit aut unica liberalitas. si neglegentiam dices, mirabimur, si bonitatem, ridebimus; neque praeterea quid possis dicere invenio. satis est argumenti nihil esse debitum Naevio, quod tam diu nihil petivit. 30 13 quid si hoc ipsum quod nunc facit, ostendo testi- 42 monio esse nihil deberi? quid enim nunc agit Sex.

1 pudentem ΣB prudentem b¹ (quod esset σώφρων) 9 et petisses B (sicut coni. RKL.) si petisses Σb¹ om. ε 11 aliquanto ε aliquando Σb 14 iam Σ iam pecunia bε 21 dubitabitur Σb¹ dubitatur Bε 24 annum Σb¹ anno B, cf. Flacc. 63 27 neglegentiam ε -tia Σb 28 mirabimur b¹ -buntur ΣB

- Naevius? qua de re controversia est? quod est hoc iudicium in quo iam biennium versamur? quid negotii geritur in quo ille tot et tales viros defatigat? Pecuniam petit. nunc denique? verum tamen petat; .
 5 audiamus. de rationibus et controversiis societatis vult 43 diiudicari. sero, verum aliquando tamen; concedamus. 'non' inquit 'id ago C. Aquili, neque in eo nunc laboro. pecunia mea tot annos utitur P. Quinctius. utatur sane; non peto.' quid igitur pugnas? an quod
 10 saepe multis in locis dixisti, ne in civitate sit, ne locum suum quem adhuc honestissime defendit, obtineat, ne numeretur inter vivos, decernat de vita et ornamentis suis omnibus, apud iudicem causam priore loco dicat, et eam cum orarit, tum denique vocem
 15 accusatoris audiat? quid? hoc quo pertinet? Ut ocius ad tuum pervenias? at si id velles, iam pridem actum esse poterat. Ut honestiore iudicio conflictere? at sine 44 summo scelere P. Quinctium propinquum tuum iugulare non potes. Ut facilius iudicium sit? at neque C.
 20 Aquilius de capite alterius libenter iudicat, et Q. Hortensius contra caput non didicit dicere. Quid a nobis autem C. Aquili, refertur? pecuniam petit; negamus deberi. iudicium fiat statim; non recusamus. ut quid praeterea? si veretur ut res iudicio facto parata sit,
 25 iudicatum solvi satis accipiat; quibus a me verbis satis acceperit, isdem ipse quod peto satis det. actum iam potest esse C. Aquili; iam tu potes liberatus discedere molestia prope dicam non minore quam Quinctius.
 30 Quid agimus Hortensi? quid de hac condicione dici- 45 mus? possumus aliquando depositis armis sine peri-

6 diiudicari § deind- Σ iud- b 8 P. Naug. C. ω
 9 igitur B om. Σb¹ 12 <ut> decernat Cl. sed ut ex ne repetere licet 14 orarit ω perorarit Hot. non recte de re 21 nobis Σb¹ vobis B § 23 ut quid ΣB numquid b¹ cf. Oetl. p. 28
 26 acceperit Kay. acciperet Σ accipiet b § 28 discedere ΣB discere b¹ dicam ΣB dicamus b¹

culo fortunarum de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram persequi ut hominis propinqui caput incolume esse patiamur? possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? 'immo' inquit 'abs te satis accipiam; ego autem tibi satis ⁵ non dabo.' quis tandem nobis ista iura tam aequa discribit? quis hoc statuit quod aequum sit in Quinctium, id iniquum esse in Naevium? 'Quincti bona' inquit 'ex edicto praetoris possessa sunt.' Ergo id ut confitear postulas, ut quod numquam factum esse ¹⁰ iudicio defendimus, id proinde quasi factum sit, nostro ⁴⁶ iudicio confirmemus? inveniri ratio C. Aquili, non potest ut ad suum quisque quam primum sine cuiusquam dedecore infamia pernicieque perveniat? profecto siquid deberetur peteret; non omnia iudicia fieri ¹⁵ mallet quam unum illud unde haec omnia iudicia nascuntur. qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium, cum potestas esset agendi cotidie, qui quo tempore primum [male] agere coepit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit, qui postea ²⁰ vadimonium quoque missum fecerit, hunc per insidias vi de agro communi deiecerit, qui cum de re agendi nullo recusante potestas fuisset, sponsionem de probro facere maluerit, qui cum revocetur ad id iudicium unde haec nata sunt omnia, condicionem aequissimam ²⁵ repudiet, fateatur se non pecuniam, sed vitam et sanguinem petere, is non hoc palam dicit: 'mihi siquid deberetur, peterem atque adeo iam pridem abstulis-

2 persequi Σ B prosequi b¹ 5 satis non dabo Σ b¹ non
 satis dabo B \S cf. *Q. Rosc. 35* satis non dedit 7 discribit *Buecheler, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 601* (= *Kl. Schr. I 1915 p. 138*):
 describit ω in quinctium b \S iniquum Σ 11 proinde Σ b¹
 perinde B; *utraque particula Cicero usus est* 15 iudicia b
 iudicio Σ 16 iudicia ω : *del. Man. tuetur clausula* 18 quo
 b pro Σ 19 *del. Mdv. 1856 p. 118* 20 postea vadimonium
 quoque Σ postea quoque v. B posteaquam v. quoque b¹
 22 vi B *om.* Σ b¹ 24 id iudicium Σ b¹ iud. id B 26 re-
 pudiet <et> *Gar.*

sem; nihil hoc tanto negotio, nihil tam invidioso iu- 47
 dicio, nihil tam copiosa advocacione uterer, si peten-
 dum esset; extorquendum est invito atque ingratiis;
 quod non debet, eripiendum atque exprimendum est;
 5 de fortunis omnibus P. Quinctius deturbandus est; po-
 tentes deserti nobiles omnes advocandi sunt; adhi-
 benda vis est veritati, minae iactentur, pericula inten-
 dantur, formidines opponantur, ut his rebus aliquando
 victus et perterritus ipse se dedat? Quae mehercule
 10 omnia, cum qui contra pugnent video, et cum illum
 consessum considero, adesse atque impendere videntur
 neque vitari ullo modo posse. cum autem ad te C.
 Aquili, oculos animumque rettuli, quo maiore conatu
 studioque aguntur, eo leviora infirmioraque existimo.
 15 Nihil igitur debuit, ut tu ipse praedicas.

Quid si debuisset? continuone causa fuisset cur a48
 praetore postulares ut bona possideres? non opinor
 id quidem neque ius esse neque cuiquam expedire.
 quid igitur demonstrat? vadimonium sibi ait esse
 20 desertum. Antequam doceo id factum non esse, libet 15
 mihi C. Aquili, ex officii ratione atque ex omnium
 consuetudine rem ipsam et factum simul Sex. Naevi
 considerare. ad vadimonium non venerat, ut ais, is
 quicum tibi affinitas societas, omnes denique causae
 25 et necessitudines veteres intercedebant. illicone ad
 praetorem ire convenit? continuone verum fuit postu-
 lare ut ex edicto bona possidere liceret? ad haec ex-
 trema et inimicissima iura tam cupide decurrebas, ut
 tibi nihil in posterum quod gravius atque crudelius

2 copiosa advocacione B adv. cop. Σb^1 3 ingratiis *Cui-*
cius ingrato Σb -tis ς 7 iactentur B locentur Σb^1 9 se
 dedat *RKL*. sedat ω 11 consessum B consensum Σb^1 at-
 que B ad Σ om. b^1 18 neque cuiquam b nec c. Σ 19 quid
 igitur demonstrat *del. Htm. p. 217* 21 ex officii B ea of-
 ficii Σb^1 ex omnium Σ omnium b ex omni ς 24 quicum b
 qui tum Σ 26 verum *in lac.* Σ^2 vestrum b^1 aequum B
 28 decurrebas ω decurrere decuit *Pluy. 1858 p. 205* 29 at-
 que $\Sigma \varsigma$ aut b

49 facere posses reservares? nam quid homini potest turpius, quid viro miserius aut acerbius usu venire? quod tantum evenire dedecus, quae tanta calamitas inveniri potest? Pecuniam si cuiquam fortuna ademit aut si alicuius eripuit iniuria, tamen dum existimatio est 5 integra, facile consolatur honestas egestatem. at non nemo aut ignominia affectus aut iudicio turpi convictus bonis quidem suis utitur, alterius opes, id quod miserrimum est, non exspectat, hoc tamen in miseris adiumento et solacio sublevatur. cuius vero bona venierunt, cuius non modo illae amplissimae fortunae, 10 sed etiam victus vestitusque necessarius sub praeconem cum dedecore subiectus est, is non modo ex numero vivorum exturbatur, sed si fieri potest, infra etiam mortuos amandatur. etenim mors honesta saepe 15 vitam quoque <non> turpem exornat, vita turpis ne 50 morti quidem honestae locum relinquit. Ergo hercule cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama et existimatio cum bonis simul possidetur; de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur; cui magistri fiunt et domini constituuntur, qui qua lege et qua condicione pereat pronuntient, de quo homine praeconis vox praedicat et pretium conficit, huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur, si funus id habendumst 25 quo non amici conveniunt ad exsequias cohonestandas,

2 viro Naug. vero ω vivo Delaruelle, *Rev. de Philol.* XXXIV 1910 p. 238 quae notio ut v. 14 apta, ita hic minus quadrat
 5 tamen ϵ tam Σb 8 quidem suis B suis quidem Σb^1 <qui> quidem suis E. Lohsee, *Tulliana progr. Berol.* 1890 p. 3 9 miserimum ΣB infirmum b^1 ; quod vide ne ex miserinum corruptum sit hoc tamen . . . sublevatur del. *Htm.* p. 217 verba minime inutilia. repetunt enim quodammodo augendo illud bonis . . . suis utitur 12 praeconem Wesenberg praecone ω
 14 exturbatur B -atus Σb^1 15 amandatur Naug. mandatur ω 16 add. *RKl.* 1862 p. 9 quo reiecto vita <tam> C. Lehmann, *Herm.* XIV 1879 p. 212 vita <ita> Clericus; vita honesta ne morti quidem turpi conī. Naber, *Mnem.* III 1854 p. 229
 25 habendum est Ha. h. sit ω

sed bonorum emptores [ut carnifices] ad reliquias vitae lacerandas et distrahendas.

Itaque maiores nostri raro id accidere voluerunt, praetores ut considerate fieret comparaverunt. viri ¹⁶₅₁ boni cum palam fraudantur, cum experiundi potestas non est, timide tamen et pedetemptim istuc descendunt vi ac necessitate coacti, inviti, multis vadimoniis desertis, saepe illusi ac destituti; considerant enim quid et quantum sit alterius bona proscribere. iugulare civem ne iure quidem quisquam bonus vult, ¹⁰ mavult commemorari se cum posset perdere pepercisse, quam cum parcere potuerit perdidisse. haec in homines alienissimos, denique inimicissimos viri boni faciunt et hominum existimationis et communis humanitatis causa, ¹⁵ ut cum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit.

Ad vadimonium non venit. quis? propinquus. si ⁵² res ista gravissima sua sponte videretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine levaretur. Ad vadimonium non venit. quis? socius. etiam gravius aliquid ei deberes concedere, quicum te aut voluntas congregasset aut fortuna coniunxisset. Ad vadimonium non venit. quis? is qui tibi praesto semper fuit. ergo in eum qui semel hoc commisit ut tibi ²⁰ praesto non esset, omnia tela coniecisti, quae parata sunt in eos qui permulta male agendi causa fraudandique fecerunt? si dupondius tuus ageretur Sex. ⁵³

1 sed bonorum . . . te conlegis- (p. 24, 12) *aderat* T

ut (et b¹) carnifices *del. Kay.* 10 mavult T mavult enim ω 11 commemorari *Mdv.* (in edit. *Turic. altera II² p. 1431*) commemorare Tω 13 post alienissimos alium superlativum *velut ignotissimos excidisse conl. Htm. p. 219* <in> inimicissimos *Man.* 16 ipsis TΣB in se b¹ 17 'Ad vadimonium non venit Quinctius' et statim interponit adfectum, antequam quaestioni respondeat: 'si res ista' inquit 'gravissima . . . levaretur (*om. verbis eius atrocitas*) *Sever. RL 365, 9* 27 si . . . affinitatis ageretur *Rufin. RL 41, 12* dupondius tuus TΣB *Rufin. de praediis tuis b¹*

Naevi, si in parvula re captionis aliquid vererere, non statim ad Gaium Aquilium aut eorum aliquem qui consuluntur cucurrisses? cum ius amicitiae societatis affinitatis ageretur, cum officii rationem atque existimationis duci conveniret, eo tempore tu non modo non ad C. Aquilium aut L. Lucilium rettulisti, sed ne ipse quidem te consuluisti, ne hoc quidem tecum locutus es: 'horae duae fuerunt; Quinctius ad vadimonium non venit. quid ago?' si mehercule haec tecum duc verba fecisses: 'quid ago?', respirasset cupiditas atque avaritia, paulum aliquid loci rationi et consilio dedisses, tu te collegisses, non in eam turpitudinem venisses ut hoc tibi esset apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium non sit obitum, eadem te hora consilium cepisse hominis propinqui fortunas funditus evertere.

17 Ego nunc pro te hos consulo post tempus et in
54 aliena re, quoniam tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es; quaero abs te Gai Aquili L. Lucili P. Quinctili M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam socius et affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit; postulone a praetore ut eius bona mihi possidere liceat, an cum Romae domus eius uxor liberi sint, domum potius denuntiem? quid est quod

12 post collegis-defecit T

1 captionis T *Rufin.* captus Σ capitis b vererere TB *Rufin.* verere Σb¹ non om. *Rufin.* 2 aut eorum . . . C. Aquilium om. Σb¹ eorum B *Rufin.* ad eorum ε 3 cucurrisses ε *Rufin.* concurrisses B 4 affinitatis *Rufin.* ω om. T 6 aut TΣ aut ad b lucilium T lucillum ω sed Tb om. Σ 7 te consuluisti T te consuluisti sed ne ipse quidem (ne idem ipse b¹) ad te retulisti Σb ad te retulisti ε ne TΣ nec b hoc T haec ω 8 es ω om. T 11 dist. *Mdv. 1856 p. 118* paulum T paululum ω 13 confitendum ε conficiendum ω 15 consilium . . . evertere *Macr. GL V 624, 34=646.1 (propter infinitivum)* 17 Ego . . . intercedit et cetera *Rufin. RL 41, 15* nunc pro te *Rufin.* pro te nunc ω hos *Rufin.* hoc ω 19 Lucili *Or.* luculli ω 21 quicum ω quocum *Rufin.* 23 eius Σε om. b 25 denuntiem ω -tio *Mdv. 1856 p. 118*

hac tandem de re vobis possit videri? profecto si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum exspectare, deinde si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire, quaerere quis procurator sit, domum denuntiare. dici vix potest quam multa sint, quae respondeatis ante fieri oportere quam ad hanc rationem extremam necessario devenire. Quid ad haec Naevius? ridet scilicet nostram amentiam, qui in vita sua rationem summi officii desideremus et instituta bonorum virorum requiramus. 'quid mihi' inquit 'cum ista sanctimonia ac diligentia? viderint' inquit 'ista officia viri boni, de me autem ita considerent <ut>, non quid habeam, sed quibus rebus invenerim quaerant, et quemadmodum natus et quo pacto educatus sim. memini; vetus est de scurra multo facilius divitem quam patrem familias fieri posse'. haec ille, si verbis non audet, re quidem vera palam loquitur. Etenim si vult virorum bonorum instituto vivere, multa oportet discat atque dediscat, quorum illi aetati utrumque difficile est.

'Non dubitavi' inquit 'cum vadimonium desertum esset, bona proscribere.' improbe; verum, quoniam tu id tibi arrogas et concedi postulas, concedamus. quid si numquam deseruit, si ista causa abs te tota per

1 profecto ... exspectare *Rufin. RL 41, 21 cognovi ω agnovi Rufin.* 3 si consulamini *del. Pluy. 1858 p. 205* 5 convenire B -iri Σb 6 quis ω ecquis *Htm. p. 220; illud plus dicit, cum non dubitantem facit Naevium quin sit procurator necessario Gul. necessariam ω <ac> nec Lb.* 9 quid ... posse et cetera *Aquila RL 24, 3; quid ... requiramus Rufin. RL 39, 28 ad haec Rufin. ad hoc ω; neglegentius locum adfert Aquila sic; quid Sex. Naevius? ridet nostram amentiam cum ab eo officia boni viri desideramus. et quemadmodum natus, inquit, et quemadmodum educatus sum memini. reliqua diligentius* 11 bonorum virorum b *Rufin. virorum bonorum Σ illud commendat etiam Aquila* 12 ista Σb¹ ista summa Bς 14 ita Σ ista b *add. Pluy. 1880 p. 368; plura excidisse arbitratur Htm. p. 220* 20 atque Σ ac b 23 verum ζ utrum ω

summam fraudem et malitiam ficta est, si vadimonium omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit? quo te nomine appellemus? Improbum? at etiamsi desertum vadimonium esset, tamen in ista postulatione et proscriptione bonorum improbissimus reperiebare. Ma-⁵litiosum? non negas. Fraudulentum? iam id quidem arrogas tibi et praeclarum putas. Audacem cupidum perfidiosum? vulgaria et obsoleta sunt; res autem
⁵⁷ nova atque inaudita. Quid ergo est? vereor mehercule ne aut gravioribus utar verbis quam natura fert, aut ¹⁰ levioribus quam causa postulat. Ais esse vadimonium desertum. quaesivit a te statim ut Romam rediit Quinctius, quo die vadimonium istuc factum esse dices. respondisti statim: Nonis Febr. Discedens in memoriam redit Quinctius quo die Roma in Galliam pro-¹⁵fectus sit; ad ephemeridem revertitur; invenitur dies profectionis. Nonis Febr. si Romae fuit, causae nihil
⁵⁸ dicimus quin tibi vadimonium promiserit. Quid? hoc inveniri qui potest? profectus est una L. Albius homo cum primis honestus; dicet testimonium. prosecuti ²⁰ sunt familiares et Albius et Quinctium; dicent hi quoque testimonium. litterae P. Quincti, testes tot quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur, cum adstipulatore tuo comparabuntur.
⁵⁹ Et in hac eiusmodi causa P. Quinctius laborabit ²⁵ et diutius in tanto metu miser periculoque versabitur? et vehementius eum gratia adversarii perterrebit quam fides iudicis consolabitur? vixit enim semper inculte atque horride; natura tristi ac recondita fuit; non ad

1 ficta ζ facta ω 5 malitiosum? non negas *Lb.* non mal. negas Σ b num mal.? negas B 6 iam Σ nam b 10 natura <rei> *Htm.* p. 220; *intellego* natura mea 13 istuc Σ B istud b¹ 15 redit *Muc.* rediit ω 17 a. d. IV *Oett.* p. 12 pridie ω ; cf. 24 p. 11, 17 19 inveniri ω confirmari *Htm.* p. 220 20 dicet ζ dicit ω prosecuti B profecti Σ b¹ 21 albius et quinctium Σ B albii et quintii b¹ hi b hli Σ ii ζ 23 nulla cur b nulla Σ 25 eiusmodi Σ huius modi b laborabit b¹ -avit Σ B 28 enim *del.* *Htm.* p. 221; *accipe affirmative*

solarium, non in campo, non in conviviis versatus est; id egit ut amicos observantia, rem parsimonia retineret; antiquam officii rationem dilexit, cuius splendor omnis his moribus obsolevit. at si in causa pari
 5 discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum; nunc in causa superiore ne ut par quidem sit postulat, inferiorem <se> esse patitur, dumtaxat usque eo ne cum bonis fama fortunisque omnibus Sex. Naevi cupiditati crudelitatiue dedatur.
 10 Docui quod primum pollicitus sum C. Aquili, causam omnino cur postularet non fuisse, quod neque pecunia debebatur, et si maxime deberetur, commissum nihil esset quare ad istam rationem perveniretur. attende nunc ex edicto praetoris bona P. Quincti possideri
 15 nullo modo potuisse. tracta edictum. QUI FRAUDATIONIS CAUSA LATITARIT. Non est is Quinctius; nisi si latitant qui ad negotium suum relicto procuratore proficiscuntur. CUI HERES NON EXSTABIT. ne is quidem. QUI EXSILII CAUSA SOLUM VERTERIT. * * * * *
 20 * * * * * quo tempore existimas oportuisse Naevi absentem Quinctium defendi aut quomodo? tum cum postulabas ut bona possideres? nemo adfuit; neque enim quisquam divinare poterat te postulaturum, neque quemquam attinebat id recusare quod praetor non
 25 fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est?

4 obsolevit B absoluit Σ absolvit b¹ 7 inferiorem Σb¹
 -ore B add. ε; esse <se> alii 13 esset ε esse ω erat Ern.
 14 possideri ε -re ω 15 tracta Ber. (i. 'nimm durch', cf. Tusc. 4 53 tracta definitiones fortitudinis) tractat ω recita Man.
 16 latitarit ε Man. latitat Σ om. bε 19 post verterit add. Hof. ex libro manuscripto, ut ait. perantiquo: dici id non potest. QUI ABSENS IUDICIO DEFENSUS NON FUERIT. ne id quidem. eadem praeter ultima tria verba se in codicibus invenisse testatur Lb. Mo. reiectis illis supplementis sic distinxit: quo tempore? existimas oportuisse... defendi. at quomodo? tum cum... possideres, nemo adfuit quod probat Oettl. p. 8 cf. Kue. p. 63 23 neque ε nec Σb 24 <ad>quemquam ε 25 ex b om. Σ

cum proscribebas. ergo adfuit, non passus est, libellos deiecit Sex. Alfenus; qui primus erat officii gradus, servatus est a procuratore summa cum diligentia.

Videamus quae deinde sint consecuta. hominem P. Quincti deprehendis in publico, conaris abducere; non 5 patitur Alfenus, vi tibi adimit, curat ut domum reducatur ad Quinctium. hic quoque summe constat procuratoris diligentis officium. debere tibi dicis Quinctium, procurator negat; vadari vis, promittit; in ius 62 vocas, sequitur; iudicium postulas, non recusat. quid 10 aliud sit absentem defendi, ego non intellego. At quis erat procurator? credo aliquem electum hominem egentem litigiosum improbum, qui posset scurrae divitis cotidianum convicium sustinere. nihil minus; eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens, de- 15 nique is quem quotiens Naevius in Galliam profectus est, procuratorem Romae reliquit. et audes Sex. Naevi, negare absentem defensum esse Quinctium, cum eum defenderit idem qui te solebat? et cum is iudicium acceperit pro Quinctio cui tu et rem et famam 20 tuam commendare proficiscens et concedere solebas, conaris hoc dicere, neminem exstitisse qui Quinctium iudicio defenderet?

63 'Postulabam' inquit 'ut satis daret'. iniuria pestulabas; ita iubebare; recusabat Alfenus. — 'ita, verum 25 praetor decernebat.' — tribuni igitur appellabantur. — 'hic te' inquit 'teneo; non est istud pati neque

2 Sex. Alfenus *del. Htm. p. 221*; mihi nomen necessario addi videtur vel propter praenomen omissum v. 6 4 consecuta B conservata Σb¹ 6 adimit s ademit ω; nisi forte ademit praesens est, sicut saepe interemere, peremere invenitur 9 negat Σb¹ recusat B vis promittit b s compromitti Σ 10 vocas Σ vocat b postulas Σb -lat B 12 electum Σ eiectum b 13 divitis B divictis Σ 20 acceperit s acciperet ω tu et rem et *ed. Ven. et Rom.* tu veterem et Σ tu rem et b 24 daret *Naug.* darent Σ daretur b 25 ita iubebare *Hot.* ita videbare ω itaque videbare *Mdv. 1884 p. 111; del. Htm. p. 221* 27 <iudicio> pati *Rkl. cf. 87 p. 40, 16 Verr. 2, 60. 3, 68*

iudicio defendere, cum auxilium a tribunis petas.⁷
 hoc ego, cum attendo qua prudentia sit Hortensius,
 dicturum esse eum non arbitror. cum autem antea
 dixisse audio et causam ipsam considero, quid aliud
 5 dicere possit non reperio. fatetur enim libellos Al-
 fenum deiecisse, vadimonium promisisse, iudicium
 quin acciperet in ea ipsa verba quae Naevius edebat
 non recusasse, ita tamen: more et instituto, per eum
 magistratum qui auxilii causa constitutus est. Aut haec 64
 10 facta non sint necesse est aut C. Aquilius talis vir
 iuratus hoc ius in civitate constituat: cuius procurator
 non omnia iudicia quae quisque in verba postularit
 <acceperit>, cuius procurator a praetore tribunos ap-
 pellare ausus sit, eum non defendi, eius bona recte
 15 possideri posse, ei misero absentis ignaro fortunarum
 suarum omnia vitae ornamenta per summum dedecus
 et ignominiam deripi convenire. quod si probari ne- 65
 mini potest, illud certe probari omnibus necesse est,
 defensum esse iudicio absentem Quintium. quod cum
 20 ita sit, ex edicto bona possessa non sunt. At enim
 tribuni plebis ne audierunt quidem. fateor, si ita est,
 procuratorem decreto praetoris oportuisse parere.
 quid? si M. Brutus intercessurum se dixit palam, nisi
 quid inter ipsum Alfenum et Naevium conveniret,
 25 videturne intercessisse appellatio tribunorum non mo-
 rae, sed auxilii causa?

Quid deinde fit? Alfenus, ut omnes intellegere pos- 21
 sent iudicio defendi Quintium, nequa subesse posset 66
 aliena aut ipsius officio aut huius existimatione su-

1 a b om. Σ 2 cum Σ tecum (vel te cum) b ε 6 deie-
 cisse b deicasse Σ 9 <idque impetrasse> post est add. Htm.
 p. 221 12 non omnia . . . cuius procurator del. Mdv. in ed.
 Tur. II² p. 1431 add. hic Rkl. post iudicia Naug. 13 tri-
 bunos b -nis Σ <ad> tribunos ε 15 fortunarum suarum del.
 Htm. p. 222 quasi vocis vitae explicationem, parum probabiliter
 17 deripi Ern. diripi ω 20 sit ε est ω 22 praetoris
 b¹ praetoris romani Σb; poterat dicere praetoris <populi> Ro-
 mani 23 quid b quod Σ 25 morae Naug. more b morte Σ

- spicio, viros bonos complures advocat, testatur isto audiente se pro communi necessitudine id primum petere, nequid atrocius in P. Quinctium absentem sine causa facere conetur; sin autem inimicissime atque infestissime contendere perseveret, se paratum esse 5 omni recta atque honesta ratione defendere, quod petat, non deberi; se iudicium id quod edat accipere.
- 67 eius rei condicionisque tabellas obsignaverunt viri boni complures. res in dubium venire non potest. fit rebus omnibus integris neque proscriptis neque possessis bonis, ut Alfenus promittat Naevio sisti Quinctium. venit ad vadimonium Quinctius. iacet res in controversiis isto calumniante biennium, usque dum inveniretur qua ratione res ab usitata consuetudine recederet et in hoc singulare iudicium causa omnis 15 concluderetur.
- 68 Quod officium C. Aquili, commemorari procuratoris potest, quod ab Alfeno praeteritum esse videatur? quid affertur quare P. Quinctius negetur absens esse defensus? an vero id quod Hortensium, quia nuper 20 iniecit, et quia Naevius semper id clamitat, dicturum arbitror, non fuisse Naevio parem certationem cum Alfeno illo tempore, illis dominantibus? quod si velim confiteri, illud opinor concedent, non procuratorem P. Quincti neminem fuisse, sed gratiosum fuisse. mihi 25 autem ad vincendum satis est fuisse procuratorem quicum experiretur; qualis is fuerit, simodo absentem defendebat per ius et per magistratum, nihil ad rem arbitror pertinere.

3 -sentem sine . . . commemorando renova- (p. 31, 12) *aderat* T

1 testatur Σ -antur b 6 petat b ξ peto ac Σ 7 edat
 B dedat Σ dederat b¹ 9 fit Σ b¹ fit sic B *quod debebat esse*
 sic fit 10 neque proscriptis . . bonis *del. Htm. p. 222*
 12 iacet T tacet ω 15 recederet B recideret Σ b¹ et ω
 om. T 17 C. T om. ω aquilli Σ 19 affertur T b offertur Σ
 negetur absens esse T absens negetur esse ω 24 con-
 cedent T -derent b¹ -dant Σ B 27 experiretur T experiri
 posset ω 28 et per TB et Σ b¹

'Erat' inquit 'illarum partium.' quidni? qui apud 69
 te esset eductus, quem tu a puero sic instituisses
 ut nobili ne gladiatori quidem faveret. si quod tu sem-
 per summe cupisti, idem volebat Alfenus, ea re tibi
 5 cum eo par contentio non erat? 'Bruti' inquit 'erat
 familiaris; itaque is intercedebat.' tu contra Burrieni
 qui iniuriam decernebat, omnium denique illorum qui
 tum et poterant per vim et scelus plurimum et quod
 poterant id audebant. an omnes tu istos vincere vole-
 10 bas, qui nunc tu ut vincas tanto opere laborant? aude
 id dicere non palam, sed ipsis quos advocasti. Tam-70
 etsi nolo eam rem commemorando renovare cuius
 omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri
 arbitror oportere; unum illud dico: si propter partium 22
 15 studium potens erat Alfenus, potentissimus Naevius;
 si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alfenus,
 multo iniquiora Naevius impetrabat. neque enim inter
 studium vestrum quicquam ut opinor interfuit; in-
 genio vetustate artificio tu facile vicisti. ut alia omit-
 20 tam, hoc satis est: Alfenus cum iis et propter eos
 periit quos diligebat, tu, postquam qui tibi erant amici
 non poterant vincere, ut amici tibi essent, qui vince-
 bant, effecisti.

Quodsi tum par tibi ius cum Alfeno fuisse non 71
 25 putas, quia tamen aliquem contra te advocare poterat,
 quia magistratus aliqui reperiebatur apud quem Al-

12 post renova- defecit T

1 erat T Σ erat enim b 2 eductus T educatus ω ; cf. 21
 p. 10, 28 3 faveret T veret Σ veretur b si quod T sicut ω
 4 summe TB om. Σ b¹ cf. Sex. Rosc. 13 cupisti T concu-
 pisti ω 5 non T om. ω 9 omnes del. Htm. p. 222 quod
 displicet vel propter collocationem verborum volebas Tb no-
 lebas Σ 10 laborant aude TB laboras tu de Σ b¹ 11 ipsis T
 his (hiis Σ) ipsis ω ; iis ipsis non displicet advocasti Tb
 -stis Σ tametsi Tb tamen etsi Σ 17 multo B multa Σ b¹
 enim del. Htm. v. 223 vestrum B nostrum Σ b¹ 19 vetustate
 (nam veterator est) ω venustate Turn. 20 hoc satis est del.
 Htm. p. 223 iis s his ω 25 tamen b tum Σ 26 aliqui
 Σ aliquis b reperiebatur b -bantur Σ quem b quos Σ

feni causa consisteret, quid hoc tempore Quinctio statuendum est? cui neque magistratus adhuc aequus inventus est neque iudicium redditum est usitatum, non condicio, non sponsio, non denique ulla umquam intercessit postulatio, mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. De re pecuniaria cupio contendere. — ‘non licet.’ — At ea controversia. — ‘nihil ad me attinet; causam capitis dicas oportet.’ — Accusa, ubi ita necesse est. — ‘non’ inquit ‘nisi tu ante novo modo priore loco dixeris.’ — dicendum ¹⁰ necessario est. — ‘praestituentur horae ad arbitrium ⁷² nostrum, iudex ipse coercebitur.’ — Quid tum? — ‘tu aliquem patronum invenies, hominem antiqui officii, qui splendorem nostrum et gratiam neglegat; pro me pugnabit L. Philippus, eloquentia gravitate honore florentissimus civitatis, dicet Hortensius, excellens ingenio nobilitate existimatione, aderunt autem homines nobilissimi ac potentissimi, ut eorum frequentiam et consessum non modo P. Quinctius qui de capite decernit, sed quivis qui extra periculum sit perhorrescat.’ ²³ ⁷³ Haec est iniqua certatio, non illa qua tu contra Alfenum velitabaris; huic ne ubi consisteret quidem contra te locum reliquisti. Quare aut doceas oportet Alfenum negasse se procuratorem esse, non deiecisisse libellos, iudicium accipere noluisse, aut cum haec ita ²⁵ facta sint, ex edicto te bona P. Quincti non possedis concedas.

6 ne fando b nefandum Σ 7 at b ad Σ controversia ω c. est ε vulgo 9 ubi B tibi b ibi Σ 10 modo ω more Pluy. 1880 p. 368 <diu> dicendum Pluy. 11 praestituentur horae Mdv. 1856 p. 118 restituendum (-dus b¹) horae ω an praestituendum horas? 12 coercebitur Rkl. ac archiarbiter († creabitur † arcebitur mg.) b arcebitur (-itur in ras.) Σ arcebit LSpengel, Philol. II 1847 p. 297 15 pugnabit ε pugnavit Σ b¹ pugnabat B 18 ut eorum Σ et eorum b¹ quorum B 19 consessum Σ² B consensum Σ¹ b¹ ut non Σ 23 velitabaris Ang. equitabas ω <utebare. aliquid tamen Alfeni> aequi dabas Mdv. 1884 p. 112

Etenim si ex edicto possedisti, quaero cur bona non ²³
 venierint, cur ceteri sponsores et creditores non con-
 venerint. nemone fuit cui deberet Quinctius? fuerunt,
 et complures fuerunt, propterea quod C. frater ali-
⁵ quantum aeris alieni reliquerat. quid ergo est? ho-
 mines erant ab hoc omnes alienissimi, et his debe-
 batur, neque tamen quisquam inventus est tam in-
 signite improbus qui violare P. Quincti existimationem
 absentis auderet; unus fuit affinis socius necessarius, ⁷⁴
¹⁰ Sex. Naevius, qui cum ipse ultro deberet * * * * *,
 qui quasi eximio praemio sceleris exposito cupidissime
 contenderet, ut per se afflictum atque eversum propin-
 quum suum non modo honeste partis bonis, verum
 etiam communi luce privaret. Ubi erant ceteri credi-
¹⁵ tores? denique hoc tempore ubi sunt? quis est qui
 fraudationis causa latuisse dicat, quis qui absentem
 defensum neget esse Quinctium? nemo invenitur. At ⁷⁵
 contra omnes quibuscum ratio huic aut est aut fuit,
 adsunt, defendunt, fides huius multis locis cognita
²⁰ ne perfidia Sex. Naevi derogetur laborant. in huius-
 modi sponsonem testes dare oportebat ex eo numero
 qui haec dicerent: vadimonium mihi deseruit, me frau-
 davit, a me nominis eius quod infitiatum esset diem
 petivit; ego experiri non potui, latitavit, procuratorem
²⁵ nullum reliquit. horum nihil dicitur. parantur testes
 qui hoc dicant. verum opinor viderimus, cum dixerint.
 unum tamen hoc cogitent, ita se graves esse ut si veri-
 tatem volent retinere, gravitatem possint obtinere; si
 eam neglexerint, [ita leves sint] ut omnes intellegant

1 bona non B bona nunc Σb¹ 4 et complures fuerunt B
 om. Σb¹ 6 his ω iis ε 10 Sex. Naevius *del. Htm. p. 224.*
ego quid in nomine incommodi sit non video lac. stat. AKI.
 <defendere> deberet *Hot. qui (v. 11) vulgo delent* 11 exposito ω
 proposito *Pluy. 1880 p. 368 probabiliter* 21 sponsonem B
 -one b¹ 26 hoc ω haec *Naug.* 28 volent Σ nollent b
 29 neglexerint B -runt Σ negligendo b¹ *del. Mdv. 1856 p. 118;*
 ita leves esse *Cl.*

non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum auctoritatem adiuvaré.

24
76 Ego haec duo quaero, primum qua ratione Nae-
vius susceptum negotium non transegerit, hoc est cur
bona quae ex edicto possidebat non vendiderit, deinde 5
cur ex tot creditoribus alius ad istam rationem nemo
accesserit, ut necessario confiteare neque tam teme-
rarium quemquam fuisse, neque te ipsum id quod tur-
pissime suscepisses perseverare et transigere potuisse.
quid si tu ipse Sex. Naevi statuisti bona P. Quinti 10
ex edicto possessa non esse? opinor, tuum testi-
monium quod in aliena re leve esset, id in tua, quo-
niam contra te est, gravissimum debet esse. emisti
bona Sex. Alfeni L. Sulla dictatore vendente; socium
tibi in his bonis edidisti Quintium. plura non dico. 15
cum eo tu voluntariam societatem coibas qui te in
hereditaria societate fraudarat, et eum iudicio tuo
comprobabas quem spoliatum fama fortunisque omni-
bus arbitrabare?

77 Diffidebam mehercule C. Aquili, satis animo certo 20
et confirmato me posse in hac causa consistere. sic
cogitabam, cum contra dicturus esset Hortensius, et
cum me esset attente auditurus Philippus, fore uti
permultis in rebus timore prolaberer. dicebam huic
Q. Roscio cuius soror est cum P. Quintio, cum a me 25
peteret et summe contenderet, ut suum propinquum
defenderem, mihi perdifficile esse contra tales orato-
res non modo tantam causam perorare, sed omnino ver-
bum facere conari. cum cupidius instaret, homini pro
amicitia familiaris dixi mihi videri ore durissimo 30
esse qui praesente eo gestum agere conarentur; qui
vero cum ipso contenderent, eos etiamsi quid antea

5 non B *om.* Σb¹ 6 alius B aliis Σb¹ 8 te b *om.* Σ¹
14 vendente ω vidente Σ *mg.* 15 his Σb¹ huius B (*quod*
debebat esse eius) edidisti b edisti Σ 20 mehercule Σb¹
hercule B 25 a B et Σb¹ ex *Gul.* 26 propinquum suum
ω s. pr. s 31 conarentur *Ha. -retur* ω

recti aut venusti habere visi essent, id amittere, nequid mihi eiusdemmodi accideret, cum contra talem artificem dicturus essem, me vereri.

Tum mihi Roscius et alia multa confirmandi mei ²⁵
⁵ causa dixit, ut mehercule si nihil diceret, tacito ipso ⁷⁸
 officio et studio quod habebat erga propinquum suum, quemvis commoveret — etenim cum artifex eiusmodi sit ut solus dignus videatur esse qui in scaena spectetur, tum vir eiusmodi est ut solus dignus videatur qui eo non accedat — verum tamen: 'quid? si' inquit 'habes eiusmodi causam ut hoc tibi planum sit faciendum, neminem esse qui possit biduo aut summum triduo septingenta milia passuum ambulare, tamenne vereris ut possis hoc contra Hortensium contendere?' 'minime' inquam. 'sed quid id ad rem?' ⁷⁹
¹⁵ 'nimirum' inquit 'in eo causa consistit.' quomodo? docet me eiusmodi rem et factum simul Sex. Naevi, quod si solum proferretur, satis esse deberet. quod abs te C. Aquili, et a vobis qui adestis in consilio, ²⁰
 quaeso ut diligenter attendatis; profecto intellegetis illim ab initio cupiditatem pugnasse et audaciam, hinc

1 essent *Ern.* sunt ω 2 eiusdemmodi Σ eius modi b
 4 et b ut Σ 7 etenim ... accedat *Quint. inst. 9, 3, 86 sed ita ut videatur esse ... dignus in A omissa sint pro quibus videatur dignus esse qui scenam introeat solus videatur ceteri supplerunt. cf. Aug. de cons. evang. 1, 33, 51 (CSEV XLIII p. 56, 11) nonne Cicero eorum cum Roscium quendam laudaret histrionem, ita peritum dixit ut solus esset dignus qui in scaenam deberet intrare, ita virum bonum ut solus esset dignus qui eo non deberet accedere. 8 sit ω est *Quint.* dignus videatur ω v. d. *Quint.* in scaena spectetur ω scaenam introeat *Quintiliani codd. det.* 9 tum Σ^2 b tamen Σ^1 videatur ω esse videatur *F. Emlein (De locis quos ex Ciceronis orationibus in Institutionis Oratoriae duodecim libris laudavit Quintilianus 1907 p. 59) esse videtur Quint. cod. A. videatur reliqui codd. Quint.**

10 eo om. *Quint.* (non *Aug.*) 12 aut Σ B ad b¹ 13 tamenne Σ tum ne b 14 hoc Σ B haec b¹ 19 adestis Σ b¹ estis B
 21 illim *Mue.* illum Σ illam b¹ illinc B cf. *Verr. 5, 142 Phil. 2, 77 4, 12 (fort. etiam Rab. Post. 35 p. 579, 7) cupiditatem Σ b¹ -ate B hinc b huic Σ*

veritatem et pudorem quoad potuerit restitisse. Bona postulas ut ex edicto possidere liceat. quo die? te ipsum Naevi, volo audire; volo inauditum facinus ipsius qui id commisit voce convinci. dic Naevi, diem. 'ante <diem> V Kalend. intercalares.' bene ais. quam 5 longe est hinc in saltum vestrum Gallicanum? Naevi te rogo. 'septingenta milia passuum.' optime. de saltu deicitur Quinctius — quo die? possumus hoc quoque ex te audire? quid taces? dic inquam diem. pudet dicere; intellego; verum et sero et nequiquam pudet. deicitur de saltu C. Aquili, pridie Kalend. intercalares; biduo post aut ut statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo septingenta milia passuum 80 conficiuntur. O rem incredibilem! o cupiditatem inconsideratam! o nuntium volucrem! administri et satellites Sex. Naevi Roma trans Alpes in Sebagninos biduo veniunt. o hominem fortunatum qui eiusmodi nuntios seu potius Pegasos habeat!

26 Hic ego, si Crassi omnes cum Antoniis existant, si tu L. Philippe qui inter illos florebas, hanc causam 20 voles cum Hortensio dicere, tamen superior sim necesse est. non enim quemadmodum putatis, omnia 81 sunt in eloquentia; est quaedam tamen ita perspicua veritas ut eam infirmare nulla res possit. an antequam postulasti ut bona possideres, misisti qui curaret ut dominus de suo fundo a sua familia vi deiceretur? utrumlibet elige; alterum incredibile est, alterum nefarium, et ante hoc tempus utrumque inaudi-

5 *add. Man.* ais *Gar.* agis ω 6 vestrum B nostrum Σb¹
 10 et sero et nequiquam *cf. Ter. Heaut. 344* 13 *cf. Victor. RL 223, 3* deinde intervallum inspiciendum est ut in Quintiana, septingenta milia biduo esse decursa. *Sever. RL 360, 18* 'septingenta milia passuum biduo cussa sunt.' et respondit 'o rem . . . volucrem' et infra (*v. 16*) 'Roma trans Alpis biduo veniunt. o hominem . . . habeat 15 administri *Ang.* at (ac b¹) ministri B 16 sebagninos Σb¹ sabagninos B Segusiavos *Bai. Cebennas Hirschfeld*; Sanagenses (*Samnag- Plin. nat. 3, 37*) vel Segovellaunos *coni. Cl.* 25 postulasti Σb¹ postulares B curaret Σ -rent b 26 a Σb¹ *del. B*

tum. septingenta milia passuum vis esse decursa bi-
 duo? dic. negas? ante igitur misisti. malo; si enim
 illud diceres, improbe mentiri viderere; cum hoc con-
 fiteris, id te admisisse concedis quod ne mendacio qui-
 5 dem tegere possis. Hoc consilium Aquilio et talibus
 viris tam cupidum, tam audax, tam temerarium pro-
 babitur? quid haec amentia, quid haec festinatio, quid 82
 haec immaturitas tanta significat? non vim, non sce-
 lus, non latrocinium, non denique omnia potius quam
 10 ius, quam officium, quam pudorem? mittis iniussu
 praetoris. quo consilio? iussurum sciebas. quid? cum
 iussisset, tum mittere nonne poteras? postulaturus
 eras. quando? post dies xxx. nempe si te nihii im-
 pediret, si voluntas eadem maneret, si valeres, de-
 15 nique si viveres. praetor scilicet iussisset. opinor, si
 vellet, si valeret, si ius diceret, si nemo recusaret qui
 ex ipsius decreto et satis daret et iudicium accipere
 vellet. Nam per deos immortales! si Alfenus [procu- 83
 rator P. Quincti] tibi tum satis daret et iudicium acci-
 20 pere vellet, denique omnia quae postulares facere
 voluisset, quid ageres? revocares eum quem in
 Galliam miseras? at hic quidem iam de fundo expul-
 sus, iam a suis dis penatibus praeceps eiectus, iam,
 quod indignissimum est, suorum servorum manibus
 25 nuntio atque imperio tuo violatus esset. Corrigeres
 haec scilicet tu postea. de cuiusquam vita dicere au-
 des qui hoc concedas necesse est, ita te caecum cupi-
 ditate et avaritia fuisse, ut cum postea quid futurum
 esset ignorares, accidere autem multa possent, spem
 30 malefici praesentis in incerto reliqui temporis eventu
 collocares? atque haec perinde loquor quasi ipso illo

1 passuum B *om.* Σb¹ 5 tegere B agere Σb¹ et ε de
 Σb¹ *om.* B 7 festinatio *Ang.* extimatio ω 8 vim non B
 nimirum Σb¹ 15 scilicet *RKL.* si ω 16 qui ω quin ε *Lb.*
 18 *del. Htm. p. 225; si genuina essent, expectarem Sex. Al-*
fenus 19 tibi tum ε tibi cum b tum Σ satis dare et [vellet]
Pluy. 1880 p. 368 probabiliter 21 voluisset *del. Htm. p. 225*

tempore cum te praetor iuississet ex edicto possidere, si in possessionem misisses, debueris aut potueris P. Quinctium de possessione deturbare.

27

84

Omnia sunt C. Aquili, eiusmodi quivis ut perspicere possit in hac causa improbitatem et gratiam cum inopia et veritate contendere. praetor te quemadmodum possidere iussit? opinor ex edicto. Sponsio quae in verba facta est? SI EX EDICTO PRAETORIS BONA P. QUINCTI POSSESSA NON SUNT. Redeamus ad edictum. id quidem quemadmodum iubet possidere? numquid est causae C. Aquili, quin si longe aliter possedit quam praetor edixit, iste ex edicto non possederit, ego sponsione vicerim? nihil opinor. Cognoscamus edictum: QUI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT. de te loquitur Naevi, quemadmodum tu putas; ais enim te ex edicto venisse; tibi quid facias definit, te instituit, tibi praecepta dat. EOS ITA VIDEATUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. quomodo? QUOD IBIDEM RECTE CUSTODIRE POTERUNT, ID IBIDEM CUSTODIANT; QUOD NON POTERUNT, ID AUFERRE ET ABDUCERE LICEBIT. quid tum? DOMINUM inquit INVITUM DETRUDERE NON PLACET. eum ipsum qui fraudandi causa latitet, eum ipsum quem iudicio nemo defenderit, eum ipsum qui cum omnibus creditoribus suis male agat, invitum de praedio detrudi vetat. proficiscenti tibi in possessionem praetor ipse Sex. Naevi, palam dicit: 'ita possideto ut tecum simul possideat Quinctius, ita possideto ut Quinctio vis ne afferatur.' quid? tu id quemadmodum observas? mitto

85

8 si . . sunt ω ni . . sint *Hof.* 9 redeamus ad edictum *del. Htm. p. 226* 10 quidem B quid est Σ quod est b^1 11 numquid *Naug.* nunc quid ω 13 sponsione ΣB de sp. b^1 15 venerint Σ venerit b tu Σ *om. b* 17 instituit ω infatuit $\Sigma mg.$ 23 defenderit *RKL.* defendit ω ; de forma 'optativi' (cf. *edim stm.*) defendit *vix licet cogitare* 25 detrudi ΣB trudi b^1 28 vis ne Σ ius non b 29 afferatur Σ auferatur b^1

illud dicere, eum qui non latitaret, cui Romae domus uxor liberi procurator esset, eum qui tibi vadimonium non deseruisset — haec omnia mitto; illud dico, dominum expulsus esse de praedio, domino a familia sua manus allatas esse ante suos lares familiares; hoc edam.

....Naevium ne appellasse quidem Quinctium, cum simul esset <et> experiri posset cotidie; deinde quod omnia iudicia difficillima cum summa sua invidia maximoque periculo P. Quincti fieri mallet quam illud pecuniarium iudicium quod uno die transigi posset; ex quo uno haec omnia nata et profecta esse concedit. quo in loco condicionem tuli, si vellet pecuniam petere, P. Quinctium iudicatum solvi satis daturum, dum ipse siquid peteret pari condicione uteretur.

Ostendi quam multa ante fieri convenerit quam hominibus propinqui bona possideri postularentur, prae-

1 eum ... esset b₅ om. Σ non b¹ om. B latitaret b¹ -rit B
 5 allatas Σ illatas b lares B labores Σ liberos b¹
 6 sine lac. ω hoc edam unum me appellasset quidem Σ hoc edicti unum me appellasset quidem b¹ hoc dico naevium appellasse quidem B hoc dico ***** Naevium ne appellasse quidem vulgo ubi hoc dico displicet post illud dico v. 3 in lacuna non nimis ampla fuerunt quae refert Sever. RL 363, 20 sic Cicero pro Quinctio adversarii definitionem ex opinione hominum reprehendit si qui unum aliquem fundum quavis ratione possideat, ipsum autem dominum patiat cetera praedia tenere, is inquit ut opinor praedium, non bona videatur alterius possidere. et ponit definitionem suam: quid est inquit possideri? nimirum in possessione esse earum rerum quae possunt eo tempore possideri. probat Naevium non bona, sed praedium possidisse: cum (cum del. Gar.) domus erat inquit Romae, servi, in ipsa Gallia privata Publi Quinti praedia quae numquam ausus es possidere et colligit: quodsi bona Publi Quinti possideres, possidere omnia eo iure deberes 8 add. Bai. 9 invidia b iudicia Σ¹ iniuria Σ mg.
 11 posset b¹ potest ΣB 14 solvi satis daturum dum B solvi (solvere b¹) iudicatarum autem Σb¹ 16 convenerit Σb¹ -niret B

sertim cum Romae domus eius, uxor, liberi essent et procurator aequae utriusque necessarius. docui, cum desertum esse dicat vadimonium, omnino vadimonium nullum fuisse; quo die hunc sibi promississe dicat, eo die ne Romae quidem eum fuisse; id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui et scire deberent et causam cur mentirentur non haberent. ex edicto autem non potuisse bona possideri demonstravi, quod neque fraudandi causa latitasse neque exsilii causa solum 87 vertisse diceretur. Reliquum est ut eum nemo iudicio 10 defenderit. quod contra copiosissime defensum esse contendi non ab homine alieno neque ab aliquo calumniatore atque improbo, sed ab equite Romano propinquo ac necessario suo, quem ipse Sex. Naevius procuratorem relinquere antea consuesset; neque eum si 15 tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pati paratum fuisse, neque potentia procuratoris Naevio ius ereptum; contra istum potentia sua tum tantum modo 29 superiorem fuisse, nunc nobis vix respirandi potestatem dare. Quaesivi quae causa fuisset cur bona non 20 venissent, cum ex edicto possiderentur. deinde illud quoque requisivi qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit neque nunc contra dicat, omnesque pro P. Quinctio pugnent, praesertim cum in tali iudicio testimonia creditorum existimentur ad rem 25 maxime pertinere. postea sum usus adversarii testimonio qui sibi eum nuper edidit socium, quem quomodo nunc intendit, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. tum illam incredibilem celeritatem seu potius audaciam protuli; confirmavi necesse 30

3 <tum> omnino *Lb. imminuta vi vocis omnino* 9 latitasse *Lb. latitasset ω* 10 vertisse *b vertisset Σ* 12 neque *Σ nec b¹ non B* 13 romano *b om. Σ* 14 ac *Σ et b; cf. 38 p. 17, 18* 15 antea *ΣB ante b¹ eum b enim Σ* 16 iudicio *Σ iudicem b iudicium s, cf. ad 63 p. 28, 27* 23 omnesque *Σ¹B omnisque Σmg. b¹ fort. recte* 24 pugnent *ΣB pugnet b¹* 27 edidit *B dedit Σb¹, cf. 76 p.* 30 necesse esse *b n. est Σ cf. ad p. 36, 13*

esse aut biduo dcc milia passuum esse decursa aut
 Sex. Naevium diebus compluribus ante in possessionem
 misisse quam postulare, uti ei liceret bona possidere.
 postea recitavi edictum quod aperte dominum ⁸⁹
 5 de praedio detrudi vetaret; in quo constitit Naevium
 ex edicto non possedissee, cum confiteretur ex praedio
 vi detrusum esse Quinctium. omnino autem bona possessa
 non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur
 non in aliqua parte, sed in universis quae
 10 teneri et possideri possint. dixi domum Romae fuisse
 quo iste ne aspirarit quidem, servos complures ex
 quibus iste possederit neminem, ne attigerit quidem;
 unum fuisse, quem attingere conatus sit; prohibitum
 [fuisse] quievissse. in ipsa Gallia cognostis in praedia ⁹⁰
 15 privata Quincti Sex. Naevium non venisse; denique
 ex hoc ipso saltu quem per vim expulso socio possedit,
 servos privatos Quincti omnes eiectos <non> esse.
 ex quo et ex ceteris dictis factis cogitatisque Sex.
 Naevi quivis potest intellegere istum nihil aliud egisse
 20 neque nunc agere, nisi uti per vim, per iniuriam, per
 iniquitatem iudicii totum agrum qui communis est
 suum facere possit.

Nunc causa perorata res ipsa et periculi magnitudo ³⁰
 C. Aquili, cogere videtur, ut te atque eos qui tibi in ⁹¹
 25 consilio sunt obsecret obtesteturque P. Quinctius per
 senectutem ac solitudinem suam nihil aliud nisi ut
 vestrae naturae bonitatisque obsequamini, ut cum veritas
 <cum> hoc faciat, plus huius inopia possit ad
 misericordiam quam illius opes ad crudelitatem. quo ⁹²

3 ei ε eius Σb 5 constitit Σ constitui b¹ (e v. 8) consistit B 7 omnino Hot. omnia ω 10 possint Σ possent b
 domum romae Σ r. d. b 11 adspirarit Σ² complures ΣB
 quamplures b¹ 12 ne attigerit quidem del. Htm. p. 226 29
 13 del. Mdv. 17 add. Rkl. (ante omnes Naug. minus probabiliter) quod improbat Zie. p. 191 sed quam ille vult ironiam, ea ab huius loci colore aliena 25 sunt Σ adsunt Lb.
 cf. 4 p. 2, 15 per senectutem b¹ ad s. Σ per se ac s. B
 28 add. Naug. hoc B hec Σb¹

die ad te iudicem venimus, eodem die illorum minas
 quas ante horrebamus, negligere coepimus. si causa
 cum causa contenderet, nos nostram perfacile quoivis
 probaturos statuebamus; quod vitae ratio cum ratione
 vitae decerneret, idcirco nobis etiam magis te iudice 5
 opus esse arbitrati sumus. ea res enim nunc in dis-
 crimine versatur utrum possitne se contra luxuriam
 ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia
 defendere an deformata atque ornamentis omnibus
 93 spoliata nuda cupiditati petulantiaeque addicatur. Non 10
 comparat se tecum gratia P. Quinctius Sex. Naevi,
 non opibus, non facultate contendit; omnes tuas artes
 quibus tu magnus es tibi concedit; fatetur se non
 belle dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab
 afflictis amicitia transfugere atque ad florentem aliam 15
 devolare, non profusis sumptibus vivere, non ornare
 magnifice splendideque convivium, non habere do-
 mum clausam pudori et sanctimoniae, patentem atque
 adeo expositam cupiditati et voluptatibus; contra sibi
 ait officium fidem diligentiam, vitam omnino semper 20
 horridam atque aridam cordi fuisse. ista superiora
 94 esse ac plurimum posse his moribus sentit. quid ergo
 est? non usque eo tamen ut in capite fortunisque ho-
 minum honestissimorum dominantur ii qui relicta vi-
 rorum bonorum disciplina et quaestum et sumptum 25
 Galloni sequi maluerunt, atque etiam, quod in illo
 non fuit, cum audacia perfidiaque vixerunt. si licet
 vivere eum quem Sex. Naevius non vult, si est homini
 honesto locus in civitate invito Naevio, si fas est re-

1 minas ... ait officium (20) *aderat* T

3 nos ... decerneret TB *om.* Σb¹ quoivis *Mue.* cuivis ω
 magis

quotvis T 5 te iudice magis Σ te iudice b (*T non legitur*)

6 enim nunc ω nunc enim T 9 an TB aut Σb¹

10 addicatur T adiciatur ω *post hanc vocem multi ε lacunam
 habent* 11 Sex. ω *om.* T 14 belle Σ²b velle Σ¹ volunta-

tem ω voluptatem *Lb. quod repeteret illud* belle dicere

19 voluptatibus ω volunt- T 20 ait T *om.* ω 21 atque

b ac Σ ista ε ita b illa Σ 24 ii ε hi ω

spirare P. Quinctium contra nutum dicionemque Nae-
 vi, si quae pudore ornamenta sibi peperit, ea potest
 contra petulantiam me defendente obtinere, spes est
 etiam hunc miserum atque infelicem aliquando tan-
 5 dem posse consistere. sin et poterit Naevius id quod
 libet, et ei libebit id quod non licet, quid agendum est?
 qui deus appellandus est? cuius hominis fides im-
 ploranda est? qui denique questus, <qui luctus,> qui
 maeror dignus inveniri in calamitate tanta potest? ³¹
 10 Miserum est exturbari fortunis omnibus, miserius
 est iniuria; acerbum est ab aliquo circumveniri, acer-
 bius a propinquo; calamitosum est bonis everti, cala-
 mitosius cum dedecore; funestum est a forti atque
 honesto viro iugulari, funestius ab eo cuius vox in
 15 praeconio quaestu prostitit; indignum est a pari vinci
 aut superiore, indignius ab inferiore atque humiliore;
 luctuosum est tradi alteri cum bonis, luctuosius ini-
 mico; horribile est causam capitis dicere, horribilius
 priore loco dicere. Omnia circumspevit Quinctius, om- ⁹⁶
 20 nia periclitatus est, C. Aquili; non praetorem modo a
 quo ius impetraret invenire <non> potuit, atque adeo
 ne unde arbitrato quidem suo postularet, sed ne amicos
 quidem Sex. Naevi quorum saepe et diu ad pedes
 iacuit stratus obsecrans per deos immortales, ut aut
 25 secum iure contenderent, aut iniuriam sine ignominia
 sibi imponerent. Denique ipsius inimici vultum su- ⁹⁷
 perbissimum subiit, ipsius Sex. Naevi lacrimans ma-

2 ea Σ b¹ et B 3 me *Mdv. ed. Turic, II 2² p. 143* te ω
 4 etiam *RKL.* et ω 5 *cf. Aquila RL 31, 4* et frequens illud apud
 veteres eiusmodi est: cui quod libet, hoc licet. *cf. Rhet. Her.*
IV 25, 34 6 id Σ et id b¹ *om. B* 8 qui luctus *add. Cl.*
lac. exhibent ω (XV litt. Σ) 9 in *del. Lb.* 10 exturbari
 Σ b deturbari B; *hoc cum praepositione de coniungit Cicero*
(e. g. 47 p. 21, 5 83; p. 38, 3 Mur. 79 Pis. 46), de illo cf. Verr. 2, 46
 patriis Heraclium bonis exturbare 11 est *om. ς non male*
 acerbum est Σ^2 b acerbum Σ^1 14 cuius vox b vox cuius Σ
 cui vox *RKL.* 15 quaestu prostitit Σ quaestum praestitit b ς
quod praefert RKL. fort. recte 16 aut a Σ *om. b¹ atque B*
 20 praetorem Σ b¹ praetore B 21 *add. ς*

numprehendit in propinquorum bonis proscibendis exercitatum, obsecravit per fratris sui mortui cinedem, per nomen propinquitatis, per ipsius coniugem et liberos quibus propior P. Quinctio nemo est, ut aliquando misericordiam caperet, aliquam si non propinquitatis, at aetatis suae, si non hominis, at humanitatis rationem haberet, ut secum aliquid integra sua fama qualibet dummodo tolerabili condicione transigeret. ab ipso repudiatus, ab amicis eius non sublevatus, ab omni magistratu agitatus atque perterritus, quem praeter te appellet habet neminem. tibi se, tibi suas omnes opes fortunisque commendat, tibi committit existimationem ac spem reliquae vitae. multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis non turpis ad te, sed miser confugit. e fundo ornatissimo deiectus, ignominiis omnibus appetitus, cum illum in paternis bonis dominari videret, ipse filiae nubili dotem conficere non posset, nihil alienum tamen vita superiore commisit.

Itaque hoc te obsecrat C. Aquili, ut quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum prope acta iam aetate decursaque attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre, ne is de cuius officio nemo umquam dubitavit, sexagesimo denique anno dedecore macula turpissimaque ignominia notetur, ne ornamentis eius omnibus Sex. Naevius pro spoliis abutatur, ne per te fiat quominus quae existimatio P. Quinctium usque ad senectutem produxit, eadem usque ad rogam prosequatur.

2 mortui *del. Pluy. 1858 p. 206* 5 misericordiam caperet
del. Pluy. 1880 p. 368 at aetatis **b** et aet. **Σ** 7 aliquid *del.*
Pluy. ibid. 15 deiectus **Σ** eiectus **b** *cf. Caecin.* 82 sum ex
proximo vicini fundo deiectus 16 paternis **Σb** suis pater-
nis **b**¹ 17 nubili **b** nobili **Σ** posset ϵ possit ω alienum ..
commisit *Arus. GL VII 454, 7 (testatus alienum hac re)*
18 alienum tamen ω t. a. *Arus.* 23 de **B** om. **Σb**¹
24 sexagesimo ϵ **LX** **ΣB** hoc **b**¹ 27 fiat *Passeratius* ferat
 ω quod tuetur *Htm. p. 227* ne Naevius a te impetret *explicans*
28 produxit **Σ** perduxit **b**

M. TULLI CICERONIS

PRO SEX. ROSCIO AMERINO ORATIO

SIGLA

- V = Palimpsestus Vaticanus. *continet 1 credo ego vos — 5 periculo possim (p. 50,22)*
 C = codex Cluniacensis 496 *deperditus, ubi consensu Σ et B certo cognoscitur*
 Σ = codex Parisinus 14749 (olim S. Victoris 91)
 B = excerpta Bartolomaei de Montepolitiano in cod. Laur. plut. LIV 5 servata
 5 = codices Itolorum sive omnes sive singuli sive aliquot in quos lectiones ex C manaverunt
 ω = codices omnes praeter V
Schol. = Scholiasta Gronovianus

NOTAE

- | | |
|--|---|
| <p><i>Ang.</i> = Angelius
 <i>Ba.</i> = Bake: 1859 = Mnem. VIII 1859 p. 113—115. 1862 = Scholica hypomnemata V 1862 p. 174—179
 <i>Ber.</i> = Beroaldus
 <i>Bu.</i> = C. Busche, Sokrates 1913 p. 93—97
 <i>Cl.</i> = Clark
 <i>AEb.</i> = A. Eberhard
 <i>Ern.</i> = Ernesti
 <i>Euss.</i> = Eußner, Jahrb. CVII 1873 p. 519—521
 <i>Fle.</i> = Fleckeisen
 <i>Gar.</i> = Garatoni
 <i>Gron.</i> = J. Gronovius
 <i>Gru.</i> = Gruter
 <i>Gul.</i> = Gulielmus
 <i>Gust.</i> = F. Gustafson, Rev. de Philol. XVIII 1897 p. 259—260
 <i>Ha.</i> = Halm</p> | <p><i>He.</i> = F. Heerdegen, <i>Adnotationes criticae ad Ciceronis orationem pro Sex. Roscio Amerino habitam.</i> 1921.
 <i>Hot.</i> = Hotomannus
 <i>Kay.</i> = Kayser
 <i>AKl.</i> = A. Klotz
 <i>RKl.</i> = R. Klotz
 <i>Kraffert</i> = Kraffert, Progr. Aurich 1883
 <i>Krue.</i> = Krueger, Jahrb. XCVII 1878 p. 207—211
 <i>Lb.</i> = Lambinus
 <i>Lg.</i> = Landgraf
 <i>Mdv.</i> = Madvig
 <i>Man.</i> = Manutius
 <i>Naug.</i> = Naugerius
 <i>Pauly</i> = Zeitschr. f. östr. Gymn. XXVIII 1877 p. 211 sq., 418 sq.
 <i>Pla.</i> = O. Plasberg, Zeitschr. f. östr. Gymn. 1912 p. 1075 sq.
 <i>Put.</i> = Puteanus</p> |
|--|---|

Ri. = F. Richter, Progr. Rastenburg 1861

Schoenb. = J. K. Schoenberger, Tulliana 1911

Spe. = A. Spengel, Blätt. f. bayr. Gym. XXVII 1891 p. 273—279

Ste. = W. Sternkopf

Steph. = Stephanus

Zie. = Th. Zielinski, Das Clauselgesetz in Ciceros Reden 1904

TESTIMONIA

Cic. Brut. 312 itaque prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit ut non ulla esset quae non digna nostro patrocínio videretur,

Cic. orat. 107 quantis illa clamoribus adulescentuli diximus de supplicio parricidarum, quae nequaquam satis defervisse post aliquanto sentire coepimus: 'quid enim tam commune . . . mortui conquiescant (72 p. 78, 27) et quae secuntur. sunt enim omnia sic ut adulescentis non tam re et maturitate quam spe et expectatione laudati.'

Cic. off. 2, 51 maxime autem et gloria paritur et gratia defensionibus, eoque maior, siquando accidit ut ei subveniatur qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur, ut nos saepe alias et adulescentes contra L. Sullae dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus, quae ut scis extat oratio.

Sen. suas. 7, 2 (Cesti Pii) quid consulatum salutarem urbi, quid exilium consulatu honestius, quid provocatum inter initia adulescentiae libertate tirocinii tui Syllanam potentiam, quid Antonium revulsum <a> Catilina, rei publicae redditum?

Quint. inst. 7, 2, 1 coniectura omnis aut de re aut de animo est . . . de re generales quaestiones sunt et definitae, id est et quae non continentur personis et quae continentur . . . (2) in definitis (*sc. in dubium venit*) 'an parricidium commiserit Roscius'.

Quint. inst. 7, 2, 23 et sive invicem accusant, sive crimen reus citra accusationem in adversarium vertit ut Roscius in accusatores suos, quamvis reos non fecisset, sive in ipsos quos sua manu perisse dicemus, factum deflectitur, non aliter quam in iis quae mutuam accusationem habent, utriusque partis argumenta inter se comparantur.

Quint. inst. 12, 6, 3 siquid desit operi, supplet aetas, et siqua sunt dicta juveniliter, pro indole accipiuntur, ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus: quid enim tam commune . . . litus eiectis? (72 p. 78, 27) quae cum sex et viginti natus annos summis audientium clamoribus dixerit, defervisse tempore et annis liquata iam senior idem fatetur (*orat. 107*).

Suet. vir. ill. p. 81, 2 Reiff. (Hier.) Roscio contra Chrysonum defenso Cicero Athenas secedit (anno a. Chr. 80).

Plut. Cic. 3, 4 ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ Χρυσόγονος ἀπειλεύθερος Σύλλα προσαγγείλας τινὸς οὐσίαν ὡς ἐκ προγραφῆς ἀναιρεθέντος αὐτὸς ἐωρήσατο διασχίλων δραχμῶν. (5) ἐπεὶ δὲ Ρώσκιος ὁ υἱὸς καὶ κληροτόμος τοῦ τετυνηκότος ἠγανάκει καὶ τὴν οὐσίαν ἐπεδείκνυε πενήτηκοντα καὶ διακοσίων ταλάντων ἀξίαν οὖσαν, ὃ τε Σύλλας ἐλεγχόμενος ἐχαλέπαινε καὶ δίκην πατροκτονίας ἐπῆγε τῷ Ρωσκιῷ τοῦ Χρυσογόνου κατασκευάσαντος, ἰβροθήει δ' οὐδεὶς, ἀλλ' ἀπειρέποντο τοῦ Σύλλα τὴν χαλεπότητα δεδοικότες, οὕτω δὲ δι' ἐρημίαν τοῦ μειρακίου τῷ Κικέρωνι προσφυγόντος οἱ φίλοι συμπάρωρων, ὡς οὐκ ἂν αὐτῷ λαμπροτέραν αὐθις ἀρχὴν πρὸς δόξαν ἐτέραν οὐδὲ καλλίω γενομένην. (6) ἀναδεξάμενος οὖν τὴν συνηγορίαν καὶ κατορθώσας ἐθανυμάσθη.

Gell. 15, 28, 1 Cornelius Nepos et rerum memoriae non indiligens et M. Ciceronis ut qui maxime amicus familiaris fuit. (2) atque is tamen in librorum primo quos de vita illius composuit errasse videtur, cum eum scripsit tres et viginti annos natum primum causam iudicii publici egisse Sextumque Roscium parricidii reum defendisse. (3) dinumeratis quippe ante diem tertium Nonas Ianuarias M. Cicero natus est, ad M. Tullium et Cn. Dolabellam, quibus consulibus causam privatam pro Quinctio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex et viginti anni reperiuntur. neque dubium est quin post annum quam pro Quinctio dixerat, Sex. Roscium reum parricidii defenderit annos iam septem atque viginti natus L. Sulla Felice II Q. Metello Pio consulibus. (4) In qua re etiam Fenestellam errasse Pedianus Asconius animadvertit, quod eum scripserit sexto vicesimo aetatis anno pro Sex. Roscio dixisse. (5) Longior autem Nepotis quam Fenestellae error est, nisi quis vult in animum inducere Nepotem studio amoris atque amicitiae adductum amplificandae admirationis gratia quadriennium suppressisse, ut M. Cicero orationem florentissimam dixisse pro Roscio admodum adulescens videretur.

Vir. ill. 81, 2 adolescens (Cicero) Rosciano iudicio eloquentiam et libertatem suam adversus Sullanos ostendit.

Fortun. RL 110, 20 quid est proecthesis? cum ante narrationem aliquid causa docilitatis adferimus, ut fecit Cicero pro Roscio.

Victorin. RL p. 204, 4 at in narratione cum causa omnis fuerit explicata, tunc crimen aut ab accusatore proponitur post narrationem quasi intentio aut a defensore quasi quaestio ut purgetur. 'Sextus Roscius occisus est'. accusator dicit a filio, Tullius negat eqs.

id. p. 229, 16 quotiens autem de genere quaestio est, ex specie faciendum est argumentum; quotiens de specie quaestio est, ex genere faciendum est argumentum, ut Cicero cum pro Roscio ageret, id est speciem suscepisset (Roscio enim ad filium species est), argumentum facit ex genere, cum dixit tam feros mores in filium cadere non potuisse; filius enim genus, Roscius species est.

Iul. Victor RL p. 377, 11 secunda species (*sc. coniecturae*) est in qua reus eligit aliquem facinoris auctorem tamen citra accusationis periculum, ut M. Tullius removendi a Sexto Roscio criminis causa Capitonem et Magnum et Glauciam designat facinoris auctores.

Mart. Cap. 441 RL p. 454, 17 quaestio ipsa aut finita est aut infinita. finita est, cum nascitur de certo facto demonstratque personam, ut in Rosciana quaeritur Ciceronis, utrum interfecerit patrem Roscius.

Mart. Cap. 469 RL p. 463, 30 duplex (*sc. quaestio*) tum ex rebus fit ut pro Caelio de auro et veneno, tum collatione ut pro Roscio: filiusne patrem an inimici iugulaverint.

Grill. RL 600, 34 in admirabili genere causae animi iudicum abalienati sunt, id est irascuntur, sicut in Rosciana.

ARGUMENTUM SCHOLIASTAE GRONOVIANI

Sex. Roscius Amerinus locuples fuit. is cum haberet Roscium filium rigidioris naturae in paternis praediis commorantem et haberet duos inimicos municipes suos Roscium Magnum et Capitonem, hic Sulla dominante et iam proscriptione finita ad balneas Pallacine rediens a cena occisus est. de morte eius primus nuntiavit Ameriam Glaucia quidam Rosciorum cliens. delatum est ad Sullam nomen, occisi bona venierunt. empta a Chrysogono Sulla liberto in societate cum Rosciis possideri coepta sunt filio expulso. Amerini legatos ad Sullam miserunt qui dicerent bona Roscii non debuisse veniri, obreptumque ipsi esse cum esset Roscius iniuriam passus. inducti a Chrysogono sunt, promittente emptionem remissurum. interim Sextus Roscius adulescens paricidii accusatus est ab Erucio quodam ex novis accusatoribus et absolutus.

Duplicis coniecturae causam dispositione naturali prosequitur. nam cum defendit filium, regerit crimen in Roscios, comparando personas causas ceteraque quae aut oriuntur ex illis aut <ad> illa referuntur. et tuetur reum, ut intellegi facile sit, accusatore supposito periclitantem. multum itaque circa Erucium terrorem calumniae movens urbanissimis salibus, insignis actio libertate patroni quam

evitari non potuisse publicis temporibus apparet Sulla dominante. placet igitur Ciceroni excursus ille iuvenilis de suppliciis parricidarum, ad annos suos. ad existimationem tam floridae partis inter medias haec oratio ponitur.

Status coniectura, transfusio per ἀντικατηγορίαν 'non ego feci parricidium, sed vos'. genus causae admirabile. nata primo admirabilitas ex adverso tempore, ex potentia Sullana, ex magnitudine parricidii.

1

Credo ego vos iudices mirari, quid sit quod, quom 1
 tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant, ego
 potissimum surrexerim qui neque aetate neque ingenio
 neque auctoritate sim cum his qui sedeant comparan-
 5 dus. omnes hi quos videtis adesse in hac causa iniuriam novo scelere conflatae putant oportere defendi,
 defendere ipsi propter iniquitatem temporum non au-
 dent. ita fit ut adsint propterea quod officium se-
 quuntur, taceant autem idcirco quia periculum vitant.
 10 Quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minime. 2
 an tanto officiosior quam ceteri? ne istius quidem
 laudis ita sum cupidus ut aliis eam praereptam velim.
 Quae me igitur res praeter ceteros impulit ut causam
 Sex. Rosci reciperem? quia siqui istorum dixisset quos
 15 videtis adesse, in quibus summa auctoritas est atque

Credo ego . . . reciperem (v. 14) B *inscribunt* PRO SEX. ROSCIO AMERINO *ferè codd. item Cic. off. 2, 51* PRO SEX. ROSCIO *vel* PRO ROSCIO *grammatici*

1 credo . . . surrexerim *Dion. GL I 395, 18 idem om. cum . . . sedeant p. 393, 22. credo vos iudices mirari ib. p. 389, 9 credo ego vos (initio orationis) Liv. 21, 21, 3. 24, 38, 2 credo ego, iudices, plerosque mirari Quint. decl. mai. 13, 1 cf. Dictys 2, 21 credo ego et mirari Schol. quom 5 cum 2 2 ego . . . surrexerim Schol. 3 qui VB is qui 2 5 omnes . . . videtis Schol. omnes Schol. V omnes enim 5 7 ipsi C ipsi autem V 8 ita fit . . . vitant Schem. dian. RL 73, 18 9 vitant V Schem. dian. metuunt C 10 quid ego audacissimus Schol. 11 an . . . officiosior Schol. an Schol. at C ac V 12 sum C sim V 14 istorum V ω horum Ha. cf. ad Mil. 68 p. 47, 23. Cael. 8 p. 282, 6 quos . . . adesse del. Fle.*

amplitudo, si verbum de re publica fecisset, id quod
 in hac causa fieri necesse est, multo plura dixisse
 3 quam dixisset putaretur; ego si omnia quae dicenda
 sunt libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio
 mea exire atque in vulgus emanare poterit; deinde 5
 quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse
 propter nobilitatem et amplitudinem, neque temere
 dicto concedi propter aetatem et prudentiam; ego si-
 quid liberius dixero, vel occultum esse, propterea quod
 nondum ad rem publicam accessi, vel ignosci adule- 10
 scentiae poterit; tametsi non modo ignoscendi ratio,
 verum etiam cognoscendi consuetudo iam de civitate
 4 sublata est. Accedit illa quoque causa quod a ceteris
 forsitan ita petitum sit ut dicerent, ut utrumvis salvo
 officio se facere posse arbitrarentur; a me autem ii 15
 contenderunt qui apud me et amicitia et beneficiis et
 dignitate plurimum possunt. quorum ego nec beni-
 volentiam erga me ignorare nec auctoritatem asper-
 2 nari nec voluntatem neglegere debebam. His de causis
 5 ego huic causae patronus extiti non electus unus 20
 qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus qui mi-
 nimo periculo possem dicere, neque uti satis firmo
 praesidio defensus Sex. Roscius, verum uti ne omnino
 desertus esset.

Forsitan quaeratis, qui iste terror sit et quae tanta 25

19 his . . . desertus esset (v. 24) B

2 multo plura dixisse putaretur *Char. GL I 206, 4* (propter multo) 3 ego omnia . . . dixero *Char. GL I 203, 30* (propter libere) ego ω *Char.* ego autem V si V etiamsi ω *om. Char.*

5 "atque" ne Σ unde neque *coni. Cl.* deinde *del. Ba. p. 174.* sed novi aliquid additur 10 ignosci adolescentiae *Schol.*

adolescentiae V a. meae Σ 13 accedit illa causa . . . forsitan *Schol.* 15 se facere ω fa . . . e V (*mediis litteris abscisis*) se facere *ed. Ven.* hi vel ei vel ii ω 16 a me id (*sic*) contenderunt . . . possunt *Char. GL I 212, 4* (propter plurimum) 17 nec V neque ω 19 debebam *Ern.* debeam ω 21 maximo ingenio *Schol.* 22 possem C possim V *qui ab hoc verbo deficit* 25 forsitan quaeratis et 51, 1 quae . . . viros *Schol.*

formido, quae tot ac talis viros impediatur quominus pro capite et fortunis alterius, quemadmodum consuerunt, causam velint dicere. quod adhuc vos ignorare non mirum est, propterea quod consulto ab
 5 accusatoribus eius rei quae conflavit hoc iudicium, mentio facta non est. Quae res ea est? bona patris
 6 huiusce Sex. Rosci quae sunt sexagiens, [quae] de viro clarissimo et fortissimo Lucio Sulla, quem honoris causa nomino, duobus milibus nummum sese dicit
 10 emisse adulescens vel potentissimus hoc tempore nostrae civitatis L. Cornelius Chrysogonus. is a vobis iudices hoc postulat, ut quoniam in alienam pecuniam tam plenam atque praeclaram nullo iure invaserit, quoniamque ei pecuniae vita Sex. Rosci obstare atque
 15 officere videatur, deleatis ex animo suo suspicionem omnem metumque tollatis; sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum et copiosum posse obtinere, damnato et eiecto sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam
 20 effundere atque consumere. hunc sibi ex animo scrupulum qui se dies noctesque stimulat ac pungit, ut evellatis postulat ut ad hanc suam praedam tam nefariam adiutores vos profiteamini.

Si vobis aequa et honesta postulatio videtur iu- 7

9 duobus milibus nummum B 12 in pecuniam . . . invaserit
 B 14 obstare atque officere B 20 hunc sibi . . . postulat
 (om. qui . . . pungit) B

2 consueverant *Ern.* 6 quae . . . est *Schol.* 7 quae de viro . . . Chrysogonus *Arus. GL VII 470, 5 del. Weiske* 8 clarissimo et fortissimo *Arus.* 5 fortissimo et clarissimo 2 clarissimo 5 L. Sulla . . . nummum et adulescens . . . civitatis *om. Arus.* Lucio Sulla *Schol.* 10 vel potentissimus *Char. GL I 115, 14 (propter vel) potentissimus Schol.* 12 in alienam pecuniam *Schol.* alienam *om. B* 15 suspicionem omnem *Schol.* 18 damnato et eiecto *Schol.* sperat 5 speret ω 19 luxuriam 2 semper 20 hunc . . . postulat (*om. ex animo Prob. GL IV 212, 23 (propter vocem scrupulus)*) 21 stimulet ac pungat *Ern. (contra Probum)* 24 Nisi 5 Ha <quae> si Ba

dices, ego contra brevem postulationem adfero et
 3 quomodo mihi persuadeo, aliquanto aequiorem. pri-
 mum a Chrysogono peto ut pecunia fortunisque
 nostris contentus sit, sanguinem et vitam ne petat;
 deinde a vobis iudices ut audacium sceleri resistatis, 5
 innocentium calamitatem levetis, et in causa Sex.
 Rosci periculum quod in omnes intenditur propulsetis.
 8 quodsi aut causa criminis aut facti suspicio aut quaeli-
 bet denique vel minima res reperietur, quamobrem
 videantur illi nonnihil tamen in deferendo nomine 10
 secuti, postremo si praefer eam praedam quam dixi
 quicquam aliud causae inveneritis, non recusamus
 quin illorum libidini Sex. Rosci vita dedatur. sin aliud
 agitur nihil nisi ut iis nequid desit quibus satis nihil
 est, si hoc solum hoc tempore pugnatur ut ad illam 15
 opimam praeclaramque praedam damnatio Sex. Rosci
 velut cumulus accedat, nonne cum multa indigna, tum
 vel hoc indignissimum est, vos idoneos habitos per
 quorum sententias iusque iurandum id assequantur,
 quod antea ipsi scelere et ferro adsequi consuerunt? 20
 qui ex civitate in senatum propter dignitatem, ex se-
 natu in hoc consilium delecti estis propter severitatem,
 ab his hoc postulare homines sicarios atque gladia-
 tores, non modo ut supplicia vitent, quae a vobis pro
 maleficiis suis metuere atque horrere debent, verum 25
 etiam ut spoliis ex hoc iudicio ornati auctique disce-
 dant?

1 ego contra . . . aequiorem B

1859 p. 114 ironia non intellecta; <ista> postulatio R. <ea>
 p. AEB.

1 ego . . . aequiorem Schem. Dian. RL 74, 20 ego . . .
 affero Schol. 2 primum a Chrysogono Schol. 6 <ut> in-
 nocentiam . . . levetis, ut in causa Weidner, Philol. XXXV
 1876 p. 719 8 quodsi . . . criminis Schol. 10 in deferendo
 Schol. 18 [vel] hoc aut hoc vel Ha 20 consuerunt ω
 consurant Ste. -everant Ern. 21 qui ex civitate Schol. 26 ex
 ε sex ω Sex. Roscil ε

His de rebus tantis tamque atrocibus neque satis⁴
 me commode dicere neque satis graviter conqueri,⁹
 neque satis libere vociferari posse intellego. nam
 commoditati ingenium, gravitati aetas, libertati tem-
 5 pora sunt impedimento. huc accedit summus timor,
 quem mihi natura pudorque meus attribuit et vestra
 dignitas et vis adversariorum et Sex. Rosci pericula.
 quapropter vos oro atque obsecro iudices, ut attente¹⁰
 bonaque cum venia verba mea audiat, fide sapientiā-
 10 que vestra fretus plus oneris sustuli quam ferre me
 posse intellego. hoc onus si vos aliqua ex parte ad-
 levabitis, feram ut potero studio et industria, iudices;
 sin a vobis — id quod non spero — deserar, tamen animo
 non deficiam et id quod suscepi quoad potero per-
 15 feram. quod si perferre non potero, opprimi me onere
 officii malo, quam id quod mihi cum fide semel im-
 positum est, aut propter perfidiam abicere aut propter
 infirmitatem animi deponere.

Te quoque magno opere M. Fanni, quaeso ut qua-¹¹
 20 lem te iam antea populo Romano praebuisti, cum huic
 eidem quaestioni iudex praeesse, talem te et nobis
 et rei publicae hoc tempore impertias. quanta multi-⁵
 tudo hominum convenerit ad hoc iudicium vides; quae
 sit omnium mortalium expectatio, quae cupiditas ut
 25 acria ac severa iudicia fiant, intellegis. longo intervallo
 iudicium inter sicarios hoc primum committitur, cum

1 His . . . pericula (7) B 16 quod . . . impositum est E
 21 talem . . . impertias B

3 nam commoditati *Schol.* 5 summus timor *et pudor Schol.*
 7 pericula Σ pic. (*sic*) B periculum *Ba. 1862 p. 174 propter*
7 p. 35, 22 9 venia *et* 11 hoc onus *et* 15 <opprimi> me onere
malo Schol. 15 opprimi \S perferri Σ 19 te . . . Fanni *Schol.*
 ut . . . impertias *Mart. Cap. 502 RL 470, 9* 21 eidem *Mart.*
Cap. idem ω talem . . . impertias Arus. GL VII 481, 5 22 rei
Arus. populo romano C Mart. Cap. hoc tempore om. Arus.
 quanta multitudo *Schol.* 25 acria \S acra ω longo [item]
intervallo Schol. 26 cum . . . indignissimae *Schol.*

interea caedes indignissimae maximaeque factae sunt; omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis cotidianoque sanguine + dimissui sperant futuram.

- 12 Qua vociferatione in ceteris iudiciis accusatores uti consueverunt, ea nos hoc tempore utimur qui causam 5 dicimus. petimus abs te M. Fanni, a vobisque iudices, ut quam acerrime maleficia vindicetis, ut quam fortissime hominibus audacissimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa qui vester animus sit ostendetis, eo prorumpere hominum cupiditatem et 10 scelus et audaciam, ut non modo clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes vestros iudices, inter ipsa subsellia caedes futurae sint.
- 13 Etenim quid aliud hoc iudicio temptatur nisi ut id fieri liceat? accusant ii qui in fortunas huius in- 15 vaserunt, causam dicit is cui praeter calamitatem nihil reliquerunt; accusant ii quibus occidi patrem Sex.

15 in fortunas . . . invaserunt B

2 omnes hanc quaestionem *Schol.* 3 dimissui Σ (*huc spectare Char. GL I 189, 20 dimissui quidam putant*): dimissui \S dimisso *videtur explicare Schol. cuius verba corrupta sunt*: i. praee contempto relicto habiturum. *locus desperatus; priorum conamina composuit Lg. 1882 I p. 87. qui ipse tum sanguini remedium (vel -dio) esse sperant futurum coniecit. idem postea (Rhein. Mus. LVI 1901 p. 310) sanguini non dimissum iri sp. [futuram] excogitavit. denique Berl. phil. Woch. 1912 p. 1299 sanguini dimissui sperant futuram frustra defendit. cf. ibid. p. 1490; Joergensen, BphW. 1913 p. 253. Landgraf ibid. p. 379. praeterea R. Novák, Listy filol. 1887 p. 106 coniecit sanguini finem sp. futurum (quo probabilius iam S. H. Rinkes, Mnem. VIII 1859 p. 437 sanguini demum finem sp. futurum), <e> manifestis maleficiis . . . dimittendis suis sp. futuram Deiter, Philol. LXV N. F. XIX 1906 p. 318; G. Ammon <e> manifestis maleficiis . . . vindicationem sui sperant futuram, Sternkopf sanguini inimicissimam, Pla. 1912 p. 1077 sanguine represso civium animis re-missioni sperant futuram quod sensum sane aptum praebet; nuper Cl. The descent of manuscripts 1918 p. 329 vocem dimissus ex nota dimissum lacunam significante notam coniecit*

10 ostenderitis vel -datis Ern. prorumpere <posse> Ri. p. 4

11 clam <ex insidiis> A. Weidner, Philol. Anz. VII 1875 p. 240 12 Fanni . . . vestros *Schol.*

Rosci bono fuit, causam dicit is cui non modo luctum mors patris attulit, verum etiam egestatem; accusant ii qui hunc ipsum iugulare summe cupierunt, causam dicit is qui etiam ad hoc ipsum iudicium cum praesidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur; denique accusant ii quos populus poscit, causam dicit is qui unus relictus ex illorum nefaria caede restat. Atque ut facilius intellegere possitis iudices, ea quae facta sunt indigniora esse, quam haec sunt, quae dicimus, ab initio res quemadmodum gesta sit vobis exponemus, quo facilius et huius hominis innocentissimi miseras et illorum audacias cognoscere possitis et rei publicae calamitatem.

Sex. Roscius pater huiusce municeps Amerinus fuit, cum genere et nobilitate et pecunia non modo sui municipii, verum etiam eius vicinitatis facile primus, tum gratia atque hospitii florens hominum nobilissimorum. nam cum Metellis Serviliis Scipionibus erat ei non modo hospitium, verum etiam domesticus usus et consuetudo, quas — ut aequum est — familias honestatis amplitudinisque gratia nomino. itaque ex suis omnibus commodis hoc solum filio reliquit; nam patrimonium domestici praedones vi ereptum possident, fama et vita innocentis ab hospitibus amicisque paternis defenditur. hic cum omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tum hoc tumultu proximo, cum

14 Sex. Roscius . . . consuetudo (20) B

3 ipsum ω ipsi (vel [ipsum]) Ha. 12 audacias Σ -am ϵ c; de plurali cf. Verr. 3, 208 et pericula 9 p. 53, 7; Landgrafius (per litteras) confert Tac. Ann. 1, 74 miseriae temporum et audaciae hominum. certe pluralis audaciae adhibitus est ut cum plurali miseriae conveniat 14 Sex. . . . fuit Victor RL 323, 11 huius Victor 16 illius civitatis (sic) f. p. Don. Ter. Andr. 720 (propter facile) vicinitatis facilitatis B 21 itaque ω atque Ha. ita Pauly p. 211! 25 hic ω ; is Ha. sed illud recte se habet propterea quod nunc in universum de patre agitur

omnium nobilium dignitas et salus in discrimen veniret, praeter ceteros in ea vicinitate eam partem causamque opera studio auctoritate defendit. etenim rectum putabat pro eorum honestate se pugnare propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. posteaquam victoria constituta est ab armisque recessimus, cum proscriverentur homines atque ex omni regione caperentur ii qui adversarii fuisse putabantur, erat ille Romae frequens atque in foro et in ore omnium cotidie versabatur, magis ut exultare victoria nobilitatis videretur, quam timere nequid ex ea calamitatis sibi accideret.

- 17 Erant ei veteres inimicitiae cum duobus Rosciis Amerinis, quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce praedia possidere audio. quas inimicitias si tam cavere potuisset quam metuere solebat, viveret. neque enim iudices, iniuria metuebat. nam duo isti sunt T. Roscii — quorum alteri Capitoni cognomen est, iste qui adest Magnus vocatur — homines eiusmodi: alter plurimarum palmarum vetus ac nobilis gladiator habetur, hic autem nuper se ad eum lanistam contulit, qui ante hanc pugnam tiro esset, quod sciam, facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit. nam cum hic Sextus Roscius esset Amerinae, T. autem iste Roscius Romae,

18 quorum . . . cognomen est B 21 nuper . . . contulit B

6 recessum *Ha.* 7 homines ω omnes *AEb.* 13 erant ei veteres *et* 15 alterum *Schol.* 16 quas . . . viveret *Fortun.* *RL 112, 25* cavere ω prohibere *Fortun.* 20 homines eiusmodi *Schol.* huiusmodi *Reisig; cf. Mdv. ad fin. 4, 14 p. 500* plurimarum palmarum *cf. Apul. Met. 10, 25 p. 256, 24 et Aulul. p. 58, 23 Peiper* 22 ad eum lanistam *Schol.* *add. Ha.* ante hanc pugnam *Schol.* 23 quod sciam *del. Gar.* 24 nam . . . Roscius *Schol. cf. Vict. RL 269, 26 proprium est (sc. argumentum) quod ipsius causae et negotii est, ut: Sextus Roscius, cum caedes facta est, Romae non fuit: non ergo patrem interfecit*

cum hic filius assiduus in praediis esset cumque se voluntate patris rei familiari vitaeque rusticae dedisset, iste autem frequens Romae esset, occiditur ad balneas Pallacinas rediens a cena Sex. Roscius. spero ex hoc
 5 ipso non esse obscurum, ad quem suspicio maleficii pertineat; verum id quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc adfinem culpae iudicatote.

Occiso Sex. Roscio primus Ameriam nuntiat Mallius
 10 Glaucia quidam, homo tenuis libertinus, cliens et familiaris istius T. Rosci, et nuntiat domum non filii, sed T. Capitonis inimici; et cum post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit; decem horis nocturnis sex et quinquaginta milia
 15 passuum cisiis pervolavit, non modo ut exoptatum inimico nuntium primus adferret, sed etiam cruorem inimici quam recentissimum telumque paulo ante e corpore extractum ostenderet. Quadriduo quo haec
 20 gesta sunt, res ad Chrysogonum in castra L. Sullae Volaterras defertur; magnitudo pecuniae demonstratur; bonitas praediorum — nam fundos decem et tres reliquit, qui Tiberim fere omnes tangunt —, huius inopia et solitudo commemoratur; demonstrant, cum pater huiusce Sex. Roscius homo tam splendidus et gratiosus
 25 nullo negotio sit occisus, perfacile hunc, hominem incautum et rusticum et Romae ignotum, de medio tolli posse; ad eam rem operam suam pollicentur. Ne diutius teneam, iudices, societas coitur. cum nulla

12 et cum . . . pervolavit (15) B 21 bonitas . . . tangunt B

1 [filius] *Ha. cf. Spe. p. 274* 2 rei familiari[s] *Schol.*
 3 iste ω ipse *AEb.* occisus est (*sic*) . . . Sex. Roscius *Non. 294 & Pomp. GL V 162, 24* occisus est . . . Pallicias *Serv. GL IV 431, 30* ad balneas Pallacinas *Prisc. GL III 426, 26* (ad explicans) *Procas GL V 436, 24* 4 pallacinas ω *Prisc. Procas -cenas Non. -ceni Pomp. pallicias Serv.* 9 Occisum Sex. Roscium *Ba. 1862 p. 174* primus Ameriam et 10 quidam et tenuis et cliens *Schol.* 15 cisiis *vulgo scissis Schol. ω* 26 rusticum *ed. Guarini*

iam proscriptionis mentio fieret, cum etiam qui antea metuerant redirent ac iam defunctos se periculis arbitrarentur, nomen refertur in tabulas Sexti Rosci, hominis studiosissimi nobilitatis; maniceps fit Chryso-
gonus; tria praedia vel nobilissima Capitoni propria 5
traduntur quae hodie possidet; in reliquas omnes for-
tunas iste T. Roscius nomine Chrysogoni, quemad-
modum ipse dicit, impetum facit. haec bona <sex-
agens> HS emuntur duobus milibus nummum. Haec
omnia iudices, imprudente L. Sulla facta esse certo 10
scio. neque enim mirum, cum eodem tempore et ea
quae praeterita sunt <sanet>, et ea quae videntur in-
stare praeparet, cum et pacis constituendae rationem
et belli gerendi potestatem solus habeat, cum omnes
in unum spectent, unus omnia gubernet, cum tot tan- 15
tisque negotiis distentus sit, ut respirare libere non
possit, si aliquid non animadvertat, cum praesertim
tam multi occupationem eius observent tempusque
aucupentur, ut simulatque ille despexerit, aliquid 7
huiuscemodi moliantur. huc accedit quod, quamvis ille 20
felix sit sicut est, tamen in tanta felicitate nemo po-
test esse, in magna familia qui neminem neque servum

4 studiosissimi... traduntur B 18 tam multi... despexerit B

rus ω 28 cum... Sexti Roscii *Diom. GL I 390, 17 idem sed om. ac iam... arbitrarentur Char. GL I 264, 6 (propter coniunctivum imperfecti a praesente pendentem) cum nulla... mentio (memoratio Char.) fieret Diom. Char. cum... mentio nulla fieret ω cum iam nulla... mentio f. Fle. Hē. p. 4 iam ω etiam Char. om. Diom. 1 qui ω Char. omnes qui Diom. 2 redirent ω Diom. sederent Char. R se (var. esse) Diom. sese ω 3 nomen... Roscii om. ω post Rosci add. bona veneunt Ri. 4 <bonorum> maniceps H. J. Mueller, *Symbolae ad emendandos scriptores Latinos. Festschrift des Friedrich Werderschen Gymn. Berlin 1881 p. 34* 5 vel nobilissima om. B 8 haec bona... nummum del. Kay. quibus verbis demptis actio imperfecta relinquitur. nec enim notio impetum facit rem absolvit add. vulg. 10 certo vulgo certe ω 12 add. Rinke l. l. p. 444, <reparet> cod. Lambini (post tempore et Ste., ubi <uret> AEb. <recreat> Ammon.) 22 in del. Lb.*

neque libertum improbum habeat. Interea iste T. Ro- 23
 scius vir optimus procurator Chrysogoni Ameriam ve-
 nit, in praedia huius invadit, hunc miserum luctu per-
 ditum, qui nondum etiam omnia paterno funeri iusta
 5 solvisset, nudum eicit domo atque focus patriis disque
 penatibus praecipitem iudices exturbat, ipse amplissi-
 mae pecuniae fit dominus. qui in sua re fuisset egen-
 tissimus, erat ut fit insolens in aliena; multa palam
 domum suam aufererat, plura clam de medio remo-
 10 vebat, non pauca suis adiutoribus large effuseque
 donabat, reliqua constituta auctione vendebat.

Quod Amerinis usque eo visum est indignum ut 9
 urbe tota fletus gemitusque fieret. etenim multa simul 24
 ante oculos versabantur, mors hominis florentissimi
 15 Sex. Rosci crudelissima, filii autem eius egestas in-
 dignissima cui de tanto patrimonio praedo iste nefarius
 ne iter quidem ad sepulchrum patrum reliquisset,
 bonorum emptio flagitiosa, possessio furta rapinae
 donationes. Nemo erat qui non ardere illa omnia mallet
 20 quam videre in Sex. Rosci viri optimi atque hone-
 stissimi bonis iactantem se ac dominantem T. Ro-

4 qui... focus patriis B 8 multa... vendebat B

3 perditum ξ praeditum ω ; cf. Verr. 5, 24 Mur. 86 4 qui...
 solvisset (om. etiam) Schol. Lucan. 9, 67 5 eicit ξ eiecit ω ;
 quam formam praesentis in Livio tuentur Conway Walters
 ad Liv. 1, 41, 1 (cf. Q. Rosc. 48 atque om. B 6 exturbat ξ
 sex (Sex. ξ) turbat Σ 7 qui... aliena Arus. GL VII 486, 14
 (propter insolens in illa re) 8 aliena Arus.; ~ nam ω
 15 Sex. Rosci del. Ba. 1862 p. 176; sed nomine dempto parum
 apte duo superlativi complodunt 18 <flagitiosa> possessio
 cod. Lambini <falsa> p. Lg. <invidiosa> p. Ste. <contumeliosa>
 (vel <iniuriosa> Pla. p. 1077 19 nemo... dominantem et ce-
 tera Rufin. RL 47, 10 ardere illa Rufin. ardere ω audere
 Scheller, falsa collocatione verborum; accentu enim efferendum
 erat omnia, id quod exemplis a Lg. p. 66 comprobatur (Cic. ad
 Brut. 1, 16, 9 experior et tentabo omnia vox omnia cum vi qua-
 dam in fine posita est, ceteris locis et Landgrafii et Schoen-
 bergeri p. 147 antecedit pronomen)

25 scium. itaque decurionum decretum statim fit ut
decem primi proficiscantur ad L. Sullam doceantque
eum qui vir Sex. Roscius fuerit, conquerantur de isto-
rum scelere et iniuriis orent ut et illius mortui famam
et filii innocentis fortunas conservatas velit. atque 5
ipsum decretum quaeso cognoscite.

DECRETUM DECURIONUM.

Legati in castra veniunt. intellegitur iudices, id quod
iam ante dixi, imprudente L. Sulla scelera haec et
flagitia fieri. nam statim Chrysogonus et ipse ad eos 10
accedit et homines nobiles allegat, qui peterent ne ad
Sullam adirent, et omnia Chrysogonum quae vellent
26 esse facturum pollicerentur. usque adeo autem ille
pertimuerat ut mori mallet quam de his rebus Sullam
doceri. Homines antiqui qui ex sua natura ceteros 15
fingerent, cum ille confirmaret sese nomen Sex. Rosci
de tabulis exempturum, praedia vacua filio traditurum,
cumque id ita futurum T. Roscius Capito, qui in decem
legatis erat, appromitteret, crediderunt; Ameriam re
inorata reverterunt. Ac primo rem differre cotidie ac 20
procrastinare isti coeperunt, deinde aliquanto lentius
nihil agere atque deludere, postremo, id quod facile
intellectum est insidias vitae huiusce Sex. Rosci parare
neque sese arbitrari posse diutius alienam pecuniam
10 domino incolumi optinere. quod hic simulatque sensit, 25
27 de amicorum cognatorumque sententia Romam con-
fugit et sese ad Caeciliam, Nepotis (sororem, Balea-
rici) filiam — quam honoris causa nomino — contulit,
qua pater usus erat plurimum. in qua muliere, iudices,

19 Ameriam...reverterunt B 20 differre...procrastinare B

8 id quod *Naug.* ut quod ω 11 allegat *Ern.* allegat iis
(-atus Σ) ω allegat, ab iis *Lb.* 20 ac cotidie *Krue. p. 207*
21 lentius nihil ω lentius *Ha.* licentius *Ri. 1861 p. 4 non in-*
tellecta ironia 23 Sex. Rosci *del. du Rieu; sed nomen non*
sine pondere additum postquam unum Sex. Roscium intereme-
runt, ad alterum Sex. Roscium se adplicant 27 *add. Gar.*
29 qua ξ quam ω

etiamnum, id quod omnes semper existimaverunt, quasi exempli causa vestigia antiqui officii remanent. ea Sex. Roscium inopem, eiectum domo atque expulsum ex suis bonis fugientem latronum tela et minas, 5 recepit domum hospitiq̄ue oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est. eius virtute fide diligentia factum est ut hic potius vivus in reos quam occisus in proscriptos referretur.

Nam postquam isti intellexerunt summa diligentia 28
10 vitam Sex. Rosci custodiri neque sibi ullam caedis faciendae potestatem dari, consilium ceperunt plenum sceleris et audaciae, ut nomen huius de parricidio deferrent, ut ad eam rem aliquem accusatorem veterem compararent, qui de ea re posset dicere aliquid, in 15 qua re nulla subesset suspicio, denique ut quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarent. ita loqui homines: 'quod iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum oportere qui primus in iudicium adductus esset; huic autem patronos propter Chrysogoni gratiam defuturos; de bonorum venditione et de 20 ista societate verbum esse facturum neminem; ipso nomine parricidii et atrocitate criminis fore ut hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset.' hoc consilio atque adeo hac amentia impulsus, quem 29
25 ipsi cum cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt.

Quid primum querar aut unde potissimum iudices 11
ordiar, aut quod aut a quibus auxilium petam? deorumne immortalium, populine Romani, vestramne 30 qui summam potestatem habetis hoc tempore, fidem implorem? pater occisus nefarie, domus obsessa ab 30 inimicis, bona adempta possessa direpta, filii vita in-

5 recepit... opitulata est B 24 hoc... impulsus (-lis *cod.*) B
31 pater... appetita B

1 etiamnum Σ etiam nunc \S 13 ut... compararent ω et
...compararunt *Ba.* 1859 p. 114 14 posset *ed. Mediol.* possit ω
23 cum... esset *del. Fle.* 32 possessa ω possessio *Passeratius*

festa, saepe ferro atque insidiis adpetita. quid ab his
 tot maleficiis sceleris abesse videtur? tamen haec
 aliis nefariis cumulant atque adaugent, crimen incre-
 dibile confingunt, testes in hunc et accusatores huiusce
 pecunia comparant; hanc condicionem misero ferunt, ⁵
 ut optet utrum malit cervices <T.> Roscio dare an in-
 sutus in culleum [supplicium parricidarum] per sum-
 mum dedecus vitam amittere. patronos huic defuturos
 putaverunt; desunt; qui libere dicat, qui cum fide de-
 fendat, id quod in hac causa satis <est>, [quoniam ¹⁰
³¹ quidem suscepti] non deest profecto, iudices. et forsitan
 in suscipienda causa temere impulsus adulescentia fe-
 cerim; quoniam quidem semel suscepti, licet hercules
 undique omnes in me terrores periculaque impendeant
 omnia succurram ac subibo. certum est deliberatumque. ¹⁵
 quae ad causam pertinere arbitror, omnia non modo di-
 cere, verum etiam libenter audacter libereque dicere;
 nulla res tanta existet iudices ut possit vim mihi maio-
³² rem adhibere metus quam fides. etenim quis tam disso-
 luto animo est qui haec cum videat, tacere ac negle- ²⁰
 gere possit? patrem meum, cum proscrip- tus non esset,
 iugulastis, occisum in proscriptorum numerum
 rettulistis, me domo mea per vim expulistis, patri-
 monium meum possidetis. quid vultis amplius? etiamne

6 utrum ... parricidarum B 15 omnia ... non modo dicere B

6 optet *Ber.* optetur ω *add. Ern.* 7 *del. Hot. cf. Lact. inst. div. 3, 14, 9* nos ergo, M. Tulli, parricidae sumus et insu-
 endi te iudice in culleum qui philosophiam negamus parentem
 esse vitae? (5, 9, 16) 10 *add. ed. Mediol. del. Heusinger*
 14 in me ξ (*quod recte tuetur Heerdegen; de constructione cf. Plaut. Epid. 83* tantae in te impendent ruinae) minae $\Sigma\omega$ mihi
 minae *Bai.* immineant *Ha.* haud scio an fortius duo substan-
 tiva cum uno verbo coniungantur quam singula cum singulis
 nec placent tria substantiva, ubi primo et tertio epitheton
 omnis additur impendant *ed. Rom.* impediunt Σ im-
 pendent ξ 17 audaciter *Lb. (cf. 104 p. 92, 18) del. Pluy. 1880 p. 370* detrahens de gravitate sermonis 18 existet ξ
 -at $\Sigma\xi$

ad subsellia cum ferro atque telis venistis, ut hic aut iuguletis aut condemnetis Sex. Roscium?

Hominem longe audacissimum nuper habuimus in¹²
 civitate C. Fimbriam et, quod inter omnes constat, nisi³³
 5 inter eos qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum.
 is cum curasset, in funere C. Mari ut Q. Scaevola
 vulneraretur, vir sanctissimus atque ornatissimus no-
 strae civitatis, de cuius laude neque hic locus est ut
 multa dicantur, neque plura tamen dici possunt, quam
 10 populus Romanus memoria retinet, diem Scaevolae
 dixit, posteaquam comperit eum posse vivere. cum
 ab eo quaeretur quid tandem accusaturus esset eum
 quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis
 commode posset, aiunt hominem ut erat furiosus
 15 respondisse: 'quod non totum telum corpore recepisset'.
 quo populus Romanus nihil vidit indignius nisi eius-
 dem viri mortem, quae tantum potuit ut omnes
 occisus perdidit et adflixerit; quos quia servare per
 compositionem volebat, ipse ab iis interemptus est.
 20 estne hoc illi dicto atque facto Fimbriano similli-³⁴
 mum? accusatis Sex. Roscium. quid ita? quia de
 manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est.
 illud, quia in Scaevola factum est, magis indignum
 videtur, hoc quia fit a Chrysogono, non est ferendum.
 25 nam per deos immortales! quid est in hac causa quod

3 hominem ... constat B 7 vir ... ornatissimus B 11 cum ...
 esset eum B

2 Sex. Roscium *del. Lb. nomen aegre desiderarem* 6 *cf. Val. Max. 9, 11, 2* 17 tantum potuit ut *del. Gar. recisa iuvenili Ciceronis abundantia* 18 occisus Σ civis suos (*vel civis*) ξ perdidit ω perculerit C. *Lehmann Herm. XIV 1879 p. 213* servare per compositionem *ed. Rom. servare per conservare posicionem* $\Sigma\xi$ servare per cos. repositionem *vel conservare per positionem vel conservare per compositionem* ξ 20 estne... simillimum *Rufin. RL 44, 2* fimbriano *Rufin. fimbria non* Σ fimbriae non ξ 23 magis ante ferendum *transposuit AEb. fefendum* Σ 24 non ω num *Hot. <iam> non He. p. 6* 25 nam ... indigeant *Prisc. GL III 366, 17*

defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit aut oratoris eloquentiam magno opere desiderat? totam causam iudices explicemus atque ante oculos expositam consideremus; ita facillime quae res totum iudicium contineat, et quibus <de> rebus nos dicere oporteat, et quid vos sequi conveniat intellegetis. 5

13 Tres sunt res, quantum ego existimare possum, 35
 quae obstant hoc tempore Sex. Roscio, crimen adversariorum et audacia et potentia. criminis confictionem accusator Erucius suscepit, audaciae partes Roscii sibi depoposcerunt, Chrysogonus autem is qui plurimum potest, potentia pugnat. de hisce omnibus rebus me dicere oportere intellego. Quid igitur est? non eodem modo de omnibus, ideo quod prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis populus Romanus imposuit. ego crimen oportet diluam, vos et audaciae resistere et hominum eiusmodi perniciosam atque intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis. 15

37 Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. scelestum, di immortales! ac nefarium facinus atque eiusmodi quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videntur! etenim si, id quod praeclare a sapientibus dicitur, vultu saepe laeditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eum qui mortem obtulerit parenti? pro quo mori ipsum, si res postularet, iura divina atque humana cogeant. in hoc tanto, tam 25
 38

5 *add. 5 cf. ad v. 7* 7 tres sunt *Schol.* tres sunt res de quibus me dicere arbitror oportere *Fortun. RL 114, 11 (cf. v. 5)*

9 criminis . . . pugnat *Victor. RL 210, 6* 10 accusator *del. Ri. 1861, p. 5; Erucius del. Mdv. neutrum tollitur sine detrimento orationis* 11 depoposcerunt *Victor. poposcerunt cf. Schoenb. p. 148* is . . . potest *del. Pluy. 1880 p. 371 de sententia detrahens*

20 occidisse patrem *Schol.* occidisse . . . Roscius dicitur *Victor. RL 221, 26* 22 quo . . . videantur *Prisc. GL 2, 331, 7 (propter passivum complexa) maleficio del. AEb.* 24 *cf. Ambr. exp. in evang. Luc. 8, 74 (CSE XXXII p. 429, 12) ne vultu quidem laedenda pietas est parentum*

atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro exstitit, ut siquando auditum sit, portentis ac prodigii simile numeretur, quibus tandem tu C. Eruci, argumentis accusatorem censes uti oportere? nonne et audaciam eius qui in crimen vocetur, singularem ostendere et mores feros inmanemque naturam et vitam vitiis flagitiisque omnibus deditam, [et] denique omnia ad perniciem profligata atque perdita? quorum tu nihil in Sex. Roscium ne obiciendi quidem causa contulisti.

Patrem occidit Sex. Roscius. qui homo? adolescentulus corruptus et ab hominibus nequam inductus? annos natus maior quadraginta. Vetus videlicet sicarius, homo audax et saepe in caede versatus. at hoc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum et aeris alieni magnitudo et indomitae animi cupiditates ad hoc scelus impulerunt. de luxurie purgavit Erucius, cum dixit hunc ne in convivio quidem ullo fere interfuisse. nihil autem unquam debuit. cupiditates porro quae possunt esse in eo qui, ut ipse accusator obiecit, ruri semper habitavit et in agro colendo vixerit? quae vita maxime disiuncta <a> cupiditate et cum officio <coniuncta est>. Quae res igitur tantum istum furorem Sex. Roscio obiecit? 'patri' inquit 'non placebat'. patri non placebat? quam ob causam? necesse est enim eam quoque iustam et magnam et perspicuam fuisse. nam ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri

6 mores . . . perdita B

2 sit ω est Ha. 3 tu RKL. te ω 4 nonne et audaciam Schol. 7 del. Mdv. Op.² p. 146 11 patrem occidit Schol. 13 annos . . . LX (sic ex exemplo antecedente) Arus. GL VII 495, 19 natu Gul. natus del. Pluy. 1880 p. 372 18 luxoriae Σ -ria σ; cf. 75 p. 80, 19 19 unquam <cuiquam> Ba. 1859 p. 115 23 a add. ed. Guar. coniuncta est (vel coniuncta) add. σ nisi forte meius additur ante cum 24 quae . . . tantum <i. f.> Schol. 25 patri non placebat om. Σ¹σ, del. Mdv. Op.² p. 97 26 necesse est enim Schol.

a filio sine plurimis et maximis causis, sic hoc veri simile non est, odio fuisse parenti filium sine causis
 41 multis et magnis et necessariis. Rursus igitur eodem revertamur et quaeramus quae tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri displiceret. at perspicuum 5 est nullum fuisse. pater igitur amens, qui odisset eum sine causa quem procrearat? at is quidem fuit omnium constantissimus. ergo illud iam perspicuum profecto est, si neque amens pater neque perditus filius fuerit, neque odii causam patri neque sceleris filio 10 fuisse.

15
 42 'Nescio' inquit 'quae causa odii fuerit; fuisse odium intellego, quia antea cum duos filios haberet, illum alterum qui mortuus est, secum omni tempore volebat esse, hunc in praedia rustica relegarat.' quod Erucio 15 accidebat in mala nugatoriaque accusatione, idem mihi usu venit in causa optima. ille quomodo crimen commenticium confirmaret non inveniebat, ego res tam leves qua ratione infirmem ac diluam
 43 reperire non possum. Quid ais Eruci? tot praedia, 20 tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? quid? hoc patres familias qui liberos habent, praesertim homines illius ordinis ex munciipiis rusticanis, nonne optatissimum sibi putant esse, filios 25 suos rei familiari maxime servire et in praediis colendis operae plurimum studiique consumere? An amandarat hunc sic ut esset in agro ac tantum modo alere-

19 ego... non possum B 22 relegationis... gratia B
 27 an... solitum esse B

4 in unico filio et 7 omnium constantissimus et 10 neque odii causam Schol. 15 relegarat ε -avit Σ 20 quid ais Eruci et tot et tam pulchra et fructuosa Schol. 22 relegationis... tradiderat Agroec. GL VII 119, 27 tuenda ω fruenda Agroec. anticipata notione ex p. 67, 3 23 familias vulgo ex Ciceronis usu -ae ω 24 illius ordinis Schol. 28 ac... ad villam Arus. GL VII 451, 24 (propter ad = apud)

tur ad villam, ut commodis omnibus careret? quid? si constat hunc non modo colendis praediis praefuisse, sed certis fundis patre vivo frui solitum esse, tamenne haec a te vita eius rusticana relegatio atque
 5 amandatio appellabitur? Vides Eruci quantum distet argumentatio tua ab re ipsa atque a veritate. quod consuetudine patres faciunt, id quasi novum reprehendis; quod benivolentia fit, id odio factum criminaris; quod honoris causa pater filio suo concessit,
 10 id cum supplicii causa fecisse dicis. Neque haec tu 45 non intellegis, sed usque eo quid arguas non habes, ut non modo tibi contra nos dicendum putes, verum etiam contra rerum naturam contraque consuetudinem hominum contraque opiniones omnium.

15 At enim cum duos filios haberet, alterum a se non 16 dimittebat, alterum ruri esse patiebatur. quaeso Eruci ut hoc in bonam partem accipias; non enim exprobrandi causa, sed commonendi gratia dicam. Si 46 tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere, ex
 20 quo intellegere posses qui animus patrius in liberos esset, at natura certe dedit ut humanitatis non parum haberes; eo accessit studium doctrinae, ut ne a litteris quidem alienus esses. ecquid tandem tibi videtur, ut ad fabulas veniamus, senex ille Caecilianus minoris
 25 facere Eutychem filium rusticum, quam illum alterum

4 et (*sic*) rusticana...amandatio B 24 minoris...rusticum B

1 quodsi (*sic*) constat *Schol.* 3 certis ω ceteris B 4 a te vita eius *JVahlen, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 296* attente (a te ξ) vita et ω rusticana *coniunge cum vita* 6 a ξ om. Σ 5 8 factum ** Σ unde factum tu *coni. Cl. probabiliter* 10 fecisse ω iussisse *J. J. Hartmann, Mnem. XLVI 1918 p. 52* 11 quid ω quod *Lb.* 16 quaeso...liberos esset *Schem. dian. RL 71, 14* (om. non enim...dicam) 17 etenim si tibi natura concessit *Schol. (ubi etenim ex at enim v. 15 adsumptum videtur, concessit ex non dedit corruptum)* 19 fortuna ω natura *Schol. Schem. dian. quo consensu antiquitas erroris indicatur* 20 patrius om. *Schem. dian.* 23 esses ecquid *Steph. esset quid Σ esses quid ξ* 24 Caecilianus *CRF³ p. 54*

Chaerestratum? — nam ut opinor hoc nomine est —, alterum in urbe secum honoris causa habere, alte-
 47 rum rus supplicii causa relegasse? 'Quid ad istas ineptias abis?' inquires. quasi vero mihi difficile sit quamvis multos nominatim proferre, ne longius abeam, 5 vel tribules vel vicinos meos, qui suos liberos quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt. verum homines notos sumere odiosum est, cum et illud incertum sit velintne hi sese nominari, et nemo vobis magis notus futurus sit quam est hic Eutyclus, et 10 certe ad rem nihil intersit utrum hunc ego comicum adulescentem an aliquem ex agro Veiente nominem. etenim haec conficta arbitror esse a poetis, ut effictos nostros mores in alienis personis expressamque imagi-
 48 nem [nostram] vitae cotidianae videremus. Age nunc 15 refer animum sis ad veritatem et considera, non modo in Umbria atque in ea vicinitate, sed in his veteribus municipiis quae studia a patribus familias maxime laudentur; iam profecto te intelleges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio vitio et culpa de- 20
 17 disse. Ac non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt, sed permultos et ego novi et, nisi me fallit animus, unusquisque vestrum qui et ipsi incensi sunt studio quod ad agrum colendum attinet, vitamque hanc rusticam quam tu probro et crimini putas 25 esse oportere, et honestissimam et suavissimam esse
 49 arbitrantur. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium quo studio et qua intellegentia esse in rusticis rebus? ut ex his propinquis eius hominibus honestissimis

5 multos . . . proferre B

3 quid . . . abis, inquit (*sic*) *Schol.* 5 nominatio B 7 agricolas ε agriculos (-cos unus ε) Σε 8 odiosum ω otiosum *Euss.* 1873 p. 519, sed cf. *Spe.* 1891 p. 274 9 hi ω ii ε *Ha.* 12 Veiente ε veientem Σε venientem ε Veienti *Fle. quod probat Zie.* 1904 p. 191 propter numeros 15 del. *Mdv. Op.*² p. 146 videremus ε rimus Σε age . . . ad <v.> *Schol.* 18 familias ed. *Guar.* familiis ω 19 inopia criminum *Schol.* 22 sed . . . novi *Schol.* 24 quod ad ε quo ad (quod Σ) ω

audio, non tu in isto artificio accusatorio callidior es quam hic in suo. verum ut opinor, quoniam ita Chrysogono videtur qui huic nullum praedium reliquit, et artificium obliviscatur et studium deponat
 5 licebit. quod tametsi miserum et indignum est, feret tamen aequo animo iudices, si per vos vitam et famam potest optinere; hoc vero est quod ferri non potest, si et in hanc calamitatem venit propter praediorum bonitatem et multitudinem, et quod ea
 10 studiose coluit, id erit ei maxime fraudi, ut parum miseriae sit quod aliis coluit, non sibi, nisi etiam quod omnino coluit, crimini fuerit.

Ne tu Eruci accusator esses ridiculus, si illis
 18 temporibus natus esses, cum ab aratro arcessebantur
 50 qui consules fierent. etenim qui praeesse agro colendo flagitium putes, profecto illum Atilium quem sua manu spargentem semen qui missi erant con-
 15 venerunt, hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. et hercule maiores nostri longe aliter et
 20 de illo et de ceteris talibus viris existimabant itaque ex minima tenuissimaque re publica maximam et florentissimam nobis reliquerunt. suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide adpetebant; quibus rebus et agris et urbibus et nationibus rem publicam atque
 25 hoc imperium et populi Romani nomen auxerunt. Neque ego haec eo profero quo conferenda sint cum
 51 hisce de quibus nunc quaerimus, sed ut illud intellegatur, cum apud maiores nostros summi viri clarissi-

13 Ne... iudicares B

1 tu callidior quam hic et 4 et artificium obliviscatur *Schol.*
 5 feret ω ferret ω 8 hoc... potest *Schol.* non ω nullo modo *Schol.* fort. recte potest ω poterit *Ba.* 1862 p. 178

13 Ne tu... natus esses *Char.* *GL I* 228, 20: Ne tu... ridiculus *Char.* *GL I* 189, 2 (sed hic rid. esses) *Diom.* *GL I* 394, 25, 404, 18 (hic item rid. esses). Ne tu... accusator esses *Schol.*

14 natus**esses Σ arcessitantur B 16 cf. *Val. Max.* 4, 4, 5

21 re<m> publica<m> *Ba.* 1862 p. 178 falsa adiectivorum collocatione 26 neque... conferenda sint *Schol.*

mique homines qui omni tempore ad gubernacula rei publicae sedere debebant, tamen in agris quoque colendis aliquantum operae temporisque consumpserint, ignosci oportere ei homini qui se fateatur esse rusticum, cum ruri assiduos semper vixerit, cum praesertim 5 nihil esset quod aut patri gratius aut sibi iucundius aut re vera honestius facere posset.

52 Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc opinor ostenditur, Eruci, quod hunc ruri esse patiebatur. numquid est aliud? 'immo vero' inquit 'est; 10 nam istum exheredare in animo habebat. audio; nunc dicis aliquid quod ad rem pertineat; nam illa opinor tu quoque concedis levia esse atque inepta: 'convivia cum patre non inibat.' quippe qui ne in oppidum quidem nisi perraro veniret. 'domum suam 15 istum non fere quisquam vocabat.' nec mirum, qui 19 neque in urbe viveret neque revocaturus esset. Verum haec tu quoque intellegis esse nugatoria; illud quod coepimus videamus, quo certius argumentum odii re- 53 periri nullo modo potest. 'Exheredare pater filium 20 cogitabat.' mitto quaerere qua de causa; quaero qui scias; tametsi te dicere atque enumerare causas omnis oportebat, et id erat certi accusatoris officium qui tanti sceleris argueret, explicare omnia vitia ac peccata filii quibus incensus parens potuerit animum 25 inducere, ut naturam ipsam vinceret, ut amorem illum penitus insitum eiceret ex animo, ut denique patrem esse sese oblivisceretur; quae sine magnis huiusce

13 levia et inepta B 18 nugatoria B 20 exheredare... cogitabat B

1 ad gubernacula rei publicae *Schol. Stat. Theb. 1, 193*
 3 consumpserint *Ber.* -erunt ω 5 cum ω qui *Urs.* assiduos Σ5 -duus ε -duo *Gul.* 9 patiebatur *Schol.* 15 perraro ε errario Σ raro ε 16 quisquam vocabat (-ret *cod.*) *Schol.* 18 <ex> quo coepimus *Pauly p. 418* 23 certi ω cauti *Hirschfelder certe Ri. 1861 p. 5 (falso verborum ordine); cf. Mue. p. XIV* 28 huiusce** Σ

peccatis accidere potuisse non arbitror. Verum con- 54
 cedo tibi ut ea praetereas quae, cum taces, nulla esse
 concedis; illud quidem voluisse exheredare, certe
 tu planum facere debes. Quid ergo adfers quare id
 5 factum putemus? vere nihil potes dicere; finge
 aliquid saltem commode, ut ne plane videaris id
 facere quod aperte facis, huius miseri fortunae et ho-
 rum virorum talium dignitati illudere. Exheredare
 filium voluit. quam ob causam? 'nescio.' exhere-
 10 davitne? 'non'. quis prohibuit? 'cogitabat.' cogitabat?
 cui dixit? 'nemini.' quid est aliud iudicio ac legibus
 ac maiestate vestra abuti ad quaestum atque ad
 libidinem, nisi hoc modo accusare atque id obicere
 quod planum facere non modo non possis, verum ne
 15 coneris quidem? Nemo nostrum est Eruci, quin sciat 55
 tibi inimicitias cum Sex. Roscio nullas esse; vident
 omnes qua de causa huc inimicus venias; sciunt
 huiusce pecunia te adductum esse. quid ergo est? ita
 tamen quaestus te cupidum esse oportebat ut horum
 20 existimationem et legem Remmiam putares aliquid
 valere oportere.

Accusatores multos esse in civitate utile est, ut metu 20
 contineatur audacia; verum tamen hoc ita est utile
 ut ne plane illudamur ab accusatoribus. innocens est
 25 quispiam, verumtamen quamquam abest a culpa,
 suspitione tamen non caret; tametsi miserum est,
 tamen ei qui hunc accuset, possim aliquo modo igno-
 scere. cum enim aliquid habeat quod possit cri-
 minose ac suspiciose dicere, aperte ludificari et calum-
 30 niari sciens non videatur. quare facile omnes patimur 56

3 illud *Gul.* illum ω 5 dicere ξ se dicere Σ edicere *Gul.*
 scilicet d. *cont.* *Mue.* elicere *coni.* *Cl.* 8 exheredare filium
 pater cogitabat *Euty.* *GL V 471, 5* 10 cogitabat? *del.* *Mdv.*
*Op.*² p. 27 15 nemini vestrum est Eruci *Schol.* 17 huc ω
 huic *Ber.* <ei> i. *HJMueller l. l.* (cf. ad 21 p. 58, 4) <ut> i. *Pla.*
p. 1077 20 legem Remmiam et 22 accusatores <m.> esse
Schol. 27 possim ω possum ξ *Ha.* 28 possit *Ang.* pos-
 sim ω 30 videtur *Kay.*

esse quam plurimos accusatores, quod innocens si
 accusatus sit absolvi potest, nocens nisi accusatus
 fuerit condemnari non potest; utilius est autem absolvi
 innocentem quam nocentem causam non dicere. Anseri- 5
 bus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capi-
 tolio, ut significant si fures venerint. at fures
 internoscere non possunt, significant tamen si qui noctu
 in Capitolium venerint, et quia id est suspiciosum,
 tametsi bestiae sunt, tamen in eam partem potius
 peccant quae est cautior. quodsi luce quoque canes 10
 latrent, cum deos salutatum aliqui venerint, opinor
 iis crura suffringantur, quod acres sint etiam tum
 cum suspicio nulla sit. simillima est accusatorum
 ratio. alii vestrum anseres sunt qui tantum modo
 clamant, nocere non possunt, alii canes qui et 15
 latrare et mordere possunt. cibaria vobis praebere
 videmus; vos autem maxime debetis in eos impetum
 facere qui merentur. hoc populo gratissimum est.
 deinde si voletis, etiam tum cum veri simile erit ali-
 quem commisisse, in suspicione latratote; id quoque 20
 concedi potest. sin autem sic agetis ut arguatis
 aliquem patrem occidisse, neque dicere possitis aut
 quare aut quomodo, ac tantummodo sine suspicione
 latrabitis, crura quidem vobis nemo suffringet, sed,
 si ego hos bene novi, litteram illam cui vos usque eo 25
 inimici estis ut etiam Kal<endas> omnis oderitis, ita
 vehementer ad caput adfigent ut postea neminem
 alium nisi fortunas vestras accusare possitis.

4 anseribus (an scribi *cod*)...venerint B

2 sit ω est *Ha.* 4 si anseribus cibaria *Schol.* anseribus
 ... Capitolio *Aulul. p. 30, 22 Peiper; cf. etiam Arnob. 6, 20 CSEV*
IV 231, 28 5 capitulo B 8 venerint ω venerunt *Mdv.*
 et post suspiciosum *transp. G. Krueger, Jahrb. XCVII 1863 p. 207*
deletis verbis tametsi... tamen 11 deos ξ deo $\Sigma\xi$ 14 alii...
 mordere possunt *del. Spe. 275* 20 aliquem <aliquid> *Hof. in*
suspicione del. Ha. 23 sine suspicione *del. Ha.* 25 litteram
 illam *Schol.* 26 Kal. omnis *Pighius* calomnis ω 27 ad-
 figent ξ adfigent ω

Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator? 21
 quid hisce autem ad suspicandum? 'ne exheredaretur 58
 veritus est.' audio, sed qua de causa vereri debuerit
 nemo dicit. 'Habebat pater in animo.' planum fac.
 5 nihil est; non quicum deliberarit, quem certio rem
 fecerit, unde istud vobis suspicari in mentem venerit.
 cum hoc modo accusas Eruci, nonne hoc palam dicis:
 'ego quid acceperim scio, quid dicam nescio; unum
 illud spectavi quod Chrysogonus aiebat, neminem isti
 10 patronum futurum; de bonorum emptione deque ea
 societate neminem esse qui verbum facere auderet
 hoc tempore?' haec te opinio falsa in istam fraudem
 impulit; non mehercules verbum fecisses, si tibi quem-
 quam responsurum putasses.

15 Operae pretium erat, si animadvertistis iudices, 59
 negligentiam eius in accusando considerare. credo,
 cum vidisset qui homines in hisce subselliis sederent,
 quaesisse num ille aut ille defensurus esset; de me
 ne suspicatum quidem esse, quod antea causam publi-
 20 cam nullam dixerim. posteaquam invenit neminem
 eorum qui possunt et solent, ita negligens esse coe-
 pit ut cum in mentem veniret ei resideret, deinde
 spatiaretur nonnumquam etiam puerum vocaret, credo
 cui cenam imperaret, prorsus ut vestro consessu et
 25 hoc conventu pro summa solitudine abuteretur.
 peroravit aliquando, adsedit; surrexi ego. respirare 22
 visus est quod non alius potius diceret. coepi dicere. 60
 usque eo animadverti iudices, eum iocari atque alias
 res agere, antequam Chrysogonum nominavi; quem
 30 simulatque attigi, statim homo se erexit, mirari visus

15 operae pretium erat considerare (-et *cod.*) . . . dixerim (-it
cod.) B 22 cum . . . spatiaretur B

2 ne s ne que Σ nequa *Pauly p. 418* 5 deliberarit *ed. Ven.*
 deliberavit ω -averit s 9 illud s illum ω 18 quaesisse
ed. Rom. quaesisset ω 19 publicam *Schol.* 24 ut vestro
 consessu pro summa *Schol.* 29 *huc spectat Quint. inst. 4, 2, 3. 19.*
 30 simulatque attigi *Schol.*

est. intellexi quid eum pepugisset. iterum ac tertio nominavi. postea homines cursare ultro et citro non destiterunt, credo qui Chrysogono nuntiarent esse aliquem in civitate qui contra voluntatem eius dicere auderet; aliter causam agi atque ille existimaret, 5
 61 aperiri bonorum emptionem, vexari pessime societatem, gratiam potentiamque eius negligi, iudices diligenter attendere, populo rem indignam videri. quae quoniam te fefellerunt Eruci, quoniamque vides versa esse omnia, causam pro Sex. Roscio si non commode, 10
 at libere dici, quem dedi putabas, defendi intellegis, quos tradituros sperabas, vides iudicare, restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam, confitere huc ea spe venisse, quod putares hic latrocinium, non iudicium futurum. 15

De parricidio causa dicitur; ratio ab accusatore reddita non est, quam ob causam patrem filius occiderit. quod in minimis noxiis et in his levioribus peccatis, quae magis crebra et iam prope cotidiana sunt, vel maxime et primum quaeritur, quae causa 20
 62 maleficii fuerit, id Erucius in parricidio quaeri non putat oportere; in quo scelere iudices, etiam cum multae causae convenisse unum in locum atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi coniectura res penditur, neque testis incertus 25
 auditur, neque accusatoris ingenio res iudicatur. cum multa antea commissa maleficia, cum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur ne-

1 intellexi . . . pupugisset *Diom. GL I 368, 1 propter reduplicationem pepugisset ω pepugisset s̄ Diom. sed cf. Gell. VI 9, 15 (ex Probo, cf. J. Alstermann, De Probo 1910 p. 119) sic M. Tullius et C. Caesar mordeo memordi, pungo pepugi, spondeo spepondi dixerunt 2 postea . . . destiterunt Prisc. GL III 72, 22 (propter adverbia citro ultro) 4 civitate s̄ -tem Σ s̄ 8 quae quoniam Schol. 9 fefellerunt ed. Ven. -rint ω 14 <aut> confitere <te> Hot. 16 De . . . dicitur Schol. 20 vel AEb. id ω et Rkl. del. ed. Ascens. 22 ad haec et sequ. cf. Quint. inst. 9, 2, 53 et Victor RL 269, 38*

cesse est, neque audacia solum, sed summus furor atque amentia. Haec cum sint omnia, tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia, ubi qua ratione, per quos quo tempore maleficium sit admissum, quae nisi multa et manifesta sunt, profecto res tam scelestas, tam atrox, tam nefaria credi non potest. magna est enim vis humanitatis; multum valet communio sanguinis; reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa natura; portentum atque monstrum certissimum est esse aliquem humana specie et figura qui tantum immanitate bestias vicerit, ut propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit, eos indignissime luce privarit, cum etiam feras inter sese partus atque educatio et natura ipsa conciliet.

15 Non ita multis ante annis aiunt T. Caelium quendam Tarracinensem, hominem non obscurum, cum cenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventum esse mane iugulatum. cum neque servus quisquam reperiretur neque liber ad quem ea suspicio pertineret, id aetatis autem duo filii propter cubantes ne sensisse quidem se dicerent, nomina filiorum de parricidio delata sunt. quid poterat *** sa est. suspiciosum autem **** neutrumne

19 cum ... conclave B 20 duo ... cubantes B 22 de... delati sunt B

12 luce privati cf. *Paneg. VI (VII) 10, 7 p. 208, 30* 15 non ita multis annis *Schol. cf. Val. Max. 8, 1 abs. 13* cum parricidii causam fratres Caelii dicerent splendido Tarracinae loco nati, quorum pater T. Caelius in cubiculo quiescens filiis altero cubantibus lecto erat interemptus, neque aut servus quisquam aut liber inveniretur, ad quem suspicio caedis pertineret, hoc uno nomine absoluti sunt, quia iudicibus planum factum est illos aperto ostio inventos esse dormientes caelium commendat *Val. Max. (sed postea Coelius LA Paris)* cloelium (clodium s) ω; Caecilius vocatur a *Schol.* 16 tarracinensem s terrae- Σ s *Schol.*; Tarracinae *Val. Max.* 17 cenatus cubitum cum duobus filiis *Diom. GL I 402, 10 (propter cenatus)* 19 reperiretur *Ang. -ebatur ω; cf. Val. Max. inveniretur* 22 delati B 23 *lac. ut supra stat. AKI. sa est Σ sane (vel satis*

sensisse? ausum autem esse quemquam se in id conclave committere eo potissimum tempore, cum ibidem essent duo adolescentes filii, qui et sentire et defendere facile possent? Erat porro nemo in quem ea suspicio
 65 conveniret. tamen cum planum iudicibus esset factum 5
 aperto ostio dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes et suspicione omni liberati sunt. nemo enim putabat quemquam esse qui cum omnia divina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset, propterea quod qui tantum 10
 facinus commiserunt, non modo sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt.
 24 Videtisne, quos nobis poetae tradiderunt patris
 66 ulciscendi causa supplicium de matre sumpsisse, cum praesertim deorum immortalium iussis atque oraculis 15
 id fecisse dicantur, tamen ut eos agitent Furiae neque consistere umquam patiantur, quod ne pii quidem sine scelere esse potuerunt? sic se res habet iudices: magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis; ex quo si- 20
 qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut summus
 67 furor atque amentia consequatur. nolite enim putare, quemadmodum in fabulis saepenumero videtis, eos

est) ξ tam esse *Gru.* autem *del. Mdv.* <intr>antem *Gust. 1894 p. 260* suspiciosum? suspiciosum autem? *Ha.* quid post (postea *Man.*)? erat sane suspiciosum aut <quid minus credibile (vel verisimile) dormivisse ambos, caedes cum fieret, neutrum ne sensisse <quidem> *Ri. 1861 p. 5* quid post? erat sane suspiciosum audisse neutrum nec sensisse *H. Steuding Jahrb. CXXXV 1887 p. 480* quid poterat tam esse suspiciosum aut <tam inauditum>? neutrumne sensisse *Bu. 1913 p. 95*

4 possent ω possunt *Mdv. Op.² p. 147* 10 potuisset *ed. Rom. et Ven.* potuisse (-se + Σ) ω posset *Ern. scripsisse Cicero-nem potuisset quasi simpliciter dixisset nemo . . . potuisset recte adnotat Mue. p. XV* 13 videtisne eos *Schol.* 17 usquam ξ enuntiatum post patiantur *fnit Spe. p. 278* 21 elui *Vict. levi*
 Σ ξ lui ξ

qui aliquid impie scelerateque commiserunt, agitari
 et perterreri Furiarum taedis ardentibus. sua quem-
 que fraus et suus terror maxime vexat, suum
 quemque scelus agitatur amentiaque adficit, suae malae
 5 cogitationes conscientiaeque animi terrent; hae sunt
 impiis assiduac domesticaeque Furiae, quae dies noc-
 tesque parentium poenas a consceleratissimis filiis re-
 petant. Haec magnitudo maleficium facit ut nisi paene 68
 manifestum parricidium proferatur credibile non sit,
 10 nisi turpis adulescentia, nisi omnibus flagitiis vita in-
 quinata, nisi sumptus effusi cum probro atque dede-
 core, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut non
 procul abhorreat ab insania. accedat huc oportet
 odium parentis, animadversionis paternae metus, amici
 15 improbi, servi conscii, tempus idoneum, locus oppor-
 tune captus ad eam rem; paene dicam, respersas ma-
 nus sanguine paterno iudices videant oportet, si tan-
 tum facinus, tam immane, tam acerbum credituri sunt.
 quare hoc quo minus est credibile nisi ostenditur, eo 69
 20 magis est si convincitur, vindicandum.

Itaque cum multis ex rebus intellegi potest maiores 25
 nostros non modo armis plus quam ceteras nationes,
 verum etiam consilio sapientiaque potuisse, tum ex
 hac re vel maxime quod in impios singulare suppli-
 25 cium invenerunt. qua in re quantum prudentia prae-
 stiterint iis qui apud ceteros sapientissimi fuisse
 dicuntur considerate. prudentissima civitas Athenien- 70

1 agitari . . . cogitationes B

1 commiserint *ed. Rom.* 2 Furiarum taedis ardentibus *cf. R. Preiswerk, Iuvenes dum sumus 1907 p. 29* 4 suae malae . . . Furiae *Schol. Lucan. 7, 784* 5 haec ς *Schol. Lucan. codd. UW fort. recte* 7 parentium $\Sigma\varsigma$ -tum ς ; parentium *legitur Verr. 5, 23 in α (-tum β) 5, 138 in β (cum Prisc.) -tum α ; Clu. 195 in solo Tegers. off. f, 118 bis, ceteris locis -tum (octies)*
 10 nisi <sit> *Pluy. 1880 p. 371* 12 prorupta $\Sigma\varsigma$ prae- ς prompta *He. p. 7* 14 animumadversionis Σ 25 quantum . . . praestiterint *Schol. praestiterint Schol. ς -runt $\Sigma\varsigma$*

sium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur; eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse, eum qui leges quibus hodie quoque utuntur scripserit. is cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse. sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere quam admonere videretur. Quanto nostri maiores sapientius! qui cum intellexerent nihil esse tam sanctum quod non aliquando violaret audacia, supplicium in parricidas singulare excogitarunt, ut quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, magnitudine poenae <a> maleficio sum-

26
71

71 Insui voluerunt in culleum vivos atque ita in flumen deici. o singularem sapientiam iudices! nonne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse et eripuisse cui repente caelum solem aquam terramque ademerint, ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus ex quibus omnia nata esse dicuntur? noluerunt feris corpus obicere, ne bestiis quoque quae tantum scelus attigissent immanioribus uteremur; non sic nudos in flumen deicere, ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera quae violata sunt expiari putantur; denique nihil tam vile neque tam vulgare est, cuius partem ullam reliquerint. etenim quid tam est commune quam spiri-

2 Solonem dicunt *Schol.* 3 scripserit ω scripsit *Hu.*

9 *cf. Paneg. VI (VII) 11, 2 p. 209, 7 nihil enim tam insuperabili vallo natura praecludit quod non penetret audacia* 13 potuisset ω posset *Errn.* magnitudine § in m. Σ ii m. *Naug. add.* § 15 insui in culleum vivos *Schol.* 20 ex quibus... dicuntur *Schol.* 24 mare <mare> ipsum *Ri.* 25 expiari putantur *Schol. cf. Paneg. XI (III) 6, 5 p. 280, 7 nihil denique tam vile tamque vulgare est cuius eqs.* 27 quid enim tam commune... conquiescant et quae sequuntur *Cic. orat. 107 (hinc Quint. inst. 12, 6, 4 quid enim tam commune... eiectis); quid est enim tam commune... mortuis Arus. GL VII 462, 16 (propter com-*

tus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus
 eiectis? ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam
 de caelo non queant, ita moriuntur ut eorum ossa
 terra non tangat, ita iactantur fluctibus ut numquam
 5 adluantur, ita postremo eiciuntur ut ne ad saxa quidem
 mortui conquiescant. Tanti maleficii crimen, cui male-
 ficio tam insigne supplicium est constitutum, probare
 te Eruci censes posse talibus viris, si ne causam qui-
 dem maleficii protuleris? si hunc apud bonorum
 10 emptores ipsos accusares eique iudicio Chrysogonus
 praeesset, tamen diligentius paratiusque venisses.
 utrum quid agatur non vides, an apud quos agatur? 73
 agitur de parricidio quod sine multis causis suscipi
 non potest; apud homines autem prudentissimos agi-
 15 tur, qui intellegunt neminem ne minimum quidem male-
 ficium sine causa admittere.

Esto, causam proferre non potes. tametsi statim 27
 vicisse debeo, tamen de meo iure decedam et tibi
 quod in alia causa non concederem, in hac concedam
 20 fretus huius innocentia. non quaero abs te quare
 patrem Sex. Roscius occiderit, quaero quomodo occi-
 derit. ita quaero abs te C. Eruci: quomodo, et sic
 tecum agam ut meo loco vel respondendi vel inter-
 pellandi tibi potestatem faciam vel etiam siquid
 25 voles interrogandi. quomodo occidit? ipse percussit 74
 an aliis occidendum dedit? si ipsum arguis, Romae
 non fuit; si per alios fecisse dicis, quaero quos? ser-

27 quos... sicarios (-o codd.) B

mune *c. dat.*) nam quid est tam commune... eiectis *Serv. auct. Aen. 1, 540* etenim quid tam est ω quid enim tam *Cic. Quint.* quid est enim tam *Arus.* nam quid est tam *Serv. auct. cf. Sen. contr. 7, 2, 3* ubi *Cestius Pius* laudat verba quid tam commune quam... electis?

1 mare... electis *Mart. Cap. 522 RL 477, 17* 2 animam Σ ξ *Cic. l. l. -um* ξ 5 adluantur *Cic. l. l. abluantur* ω 22 <et> ita *Ri. 1861 p. 5* 23 meo *Mdv. Op.² p. 98* in eo ω 27 quos Σ om. ξ quod probat *J. Vahlen, Rhein. Mus. XIII 1858 p. 297*

vosne an liberos? Si liberos, quos homines? indidemne Ameria an hosce ex urbe sicarios? si Ameria, qui sunt hi? cur non nominantur? si Roma, unde eos noverat Roscius, qui Romam multis annis non venit neque umquam plus triduo fuit? ubi eos convenit? 5 qui conlocutus est? quomodo persuasit? Pretium dedit: cui dedit? per quem dedit? unde aut quantum dedit? nonne his vestigiis ad caput maleficii perveniri solet? Et simul tibi in mentem veniat facito quemadmodum vitam huiusce depinxeris; hunc hominem 10 ferum atque agrestem fuisse, numquam cum homine quoquam collocutum esse, numquam in oppido constitisse. qua in re praetereo illud quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque 15 vita istiusmodi maleficia gigni non solere. ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur. in urbe luxuries creatur, ex luxurie existat avaritia necesse est, ex avaritia erumpat audacia, inde omnia 20 scelera ac maleficia gignuntur. vita autem haec rustica quam tu agrestem vocas, parsimoniae diligentiae iustitiae magistra est.

28 Verum haec missa facio; illud quaero, is homo
76 <qui>, ut tute dicis, numquam inter homines fuerit, 25 per quos homines hoc tantum facinus, tam occultum absens praesertim conficere potuerit. Multa sunt falsa iudices quae tamen argui suspiciose possunt; in his rebus si suspicio reperta erit, culpam inesse concedam. Romae Sex. Roscius occiditur, cum in agro Amerino 30

6 pretium . . . solet B 22 parsimoniae diligentiae B
24 verum . . . facio B

3 hi ω ii Ha. quur 25 Roma Steph. romae ω 5 <Romae> fuit He. p. 8 6 qui conlocutus G. Krueger, Jahrb. XCVII 1868 p. 208 quicum locutus ω deditur (pro dedit) ter B
17 frugem neque arborem Schol. 19 luxurie s luxoriae 2 luxuria s (cf. p. 65, 18) 25 add. s 26 occulte Kay. occulto Ha. probabiliter

esset filius. litteras credo misit alicui sicario, qui Romae noverat neminem. arcessivit aliquem. quem aut quando? nuntium misit. quem aut ad quem? pretio gratia spe promissis induxit aliquem. nihil horum ne confingi quidem potest; et tamen causa de parricidio dicitur.

Reliquum est ut per servos id admiserit. o di immortales! rem miseram et calamitosam, quod in tali crimine, quod innocentibus saluti solet esse ut servos in quaestionem polliceantur, id Sex. Roscio facere non licet! vos qui hunc accusatis, omnis eius servos habetis; unus puer, victus cotidiani administer, ex tanta familia Sex. Roscio relictus non est. Te nunc appello P. Scipio, te <M.> Metelle; vobis advocatis, vobis agentibus aliquotiens duos servos paternos in quaestionem ab adversariis Sex. Roscius postulavit; meministisne T. Roscium recusare? quid? ii servi ubi sunt? Chrysogonum iudices, sectantur; apud eum sunt in honore et in pretio. etiamnunc ut ex iis quaeratur ego postulo, hic orat atque obsecrat. quid facitis? cur recusatis? Dubitate etiamnunc iudices, si potestis, a quo sit Sex. Roscius occisus, ab eone qui propter illius mortem in egestate et insidiis versatur, cui ne quaerendi quidem de morte patris potestas permittitur, an ab iis qui quaestionem fugitant, bona possident, in caede atque ex caede vivunt. omnia

2 arcessivit . . . quando *Prisc. GL II 534, 25 (propter pf. arcessivi)* arcessivit *Prisc.* § arcessi vita Σ arcessunt § quem *Prisc. om.* ω aut *Prisc.* Σ at (vel ac) § 4 <quibus aut quem> *add. Pauly p. 419 post aliquem. quo additamento infringitur celeritas ad finem properantis* 8 quod ω quid? *Cl.* 9 quod Σ § *om.* § *Ste.* innocentibus *Ha.* innocentī ω (quo servato polliceatur alii) 12 administer Σ § minister § 13 te nunc Scipio Metelle *Schol.* 14 *add. Krause* 16 meministisne T. Roscium *Steph.* meministisne t. rosci ω 19 iis Σ his § 20 facitis ω tacetis *C. J. Vinkelsteyn, De fontibus libri De viris illustribus diss. Lugduni Bat. 1886 thes. cur del. Pluy. p. 372* 23 insidiis Σ § in insidiis §

iudices, in hac causa sunt misera atque indigna; tamen hoc nihil neque acerbius neque iniquius proferri potest: mortis paternae de servis paternis quaestionem habere filio non licet! ne tamdiu quidem dominus erit in suos, dum ex iis de patris morte quaeratur? veniam, 5 neque ita multo post, ad hunc locum; nam hoc totum ad Roscios pertinet, de quorum audacia tum me dic-
 29 turum pollicitus sum, cum Eruci crimina diluisssem.
 79 Nunc Eruci ad te venio. conveniat mihi tecum necesse est, si ad hunc maleficium istud pertinet, aut 10 ipsum sua manu fecisse, id quod negas, aut per aliquos liberos aut servos. liberosne? quos neque ut convenire potuerit neque qua ratione inducere neque ubi neque per quos neque qua spe aut quo pretio, potes ostendere. ego contra ostendo non modo nihil eorum 15 fecisse Sex. Roscium, sed ne potuisse quidem facere, quod neque Romae multis annis fuerit neque de praediis umquam temere discesserit. restare tibi videbatur servorum nomen, quo quasi in portum reiectus a ceteris suspicionibus confugere posses; ubi scopulum 20 offendis eiusmodi, ut non modo ab hoc crimen resilire videas, verum omnem suspicionem in vosmet ipsos
 80 recidere intellegas. quid ergo est quo tamen accusator inopia argumentorum confugerit? 'eiusmodi tempus erat' inquit 'ut homines vulgo impune occi- 25 derentur; quare hoc tu propter multitudinem sicariorum nullo negotio facere potuisti'. interdum mihi videris Eruci, una mercede duas res assequi velle, nos iudicio pessumdare, accusare autem eos ipsos a quibus

5 veniam neque ita <multo> post ad hunc locum *Schol.*
 6 post *Schol.* ε post ** Σ postea *Cl.* 12 convenire *ed. Guar.*
 conveniret ω 23 tamen Σ tandem ε 24 confugerit ω
 confugit *Mdv.* 27 interdum *Urs.* interim ω 29 pessum-
 dare *Trojel* perfundere ω (*quod frustra defendit J. K. Schoen-*
berger, Woch. f. Phil. 1914 p. 646 cl. Plat. Euth. 277D βαπτίζό-
μενον τὸ μείράκιον) pervertiere *Ha.* perdere *Ste.* percutere *Krue.*
p. 209 pertundere *Gust. 1894 p. 260* perstringere *He. p. 9*

mercedem accepisti. Quid ais? vulgo occidebantur? •
 per quos et a quibus? nonne cogitas te a sectoribus
 huc adductum esse? quid postea? nescimus per ista
 tempora eosdem fere sectores fuisse collorum et bono-
 5 rum? ii denique qui tum armati dies noctesque con- 81
 cursabant, qui Romae erant assidui, qui omni tempore
 in praeda et sanguine versabantur, Sex. Roscio tem-
 poris illius acerbitatem iniquitatemque obicient et
 illam sicariorum multitudinem in qua ipsi duces ac
 10 principes erant, huic crimini putabant fore? qui non
 modo Romae non fuit, sed omnino quid Romae age-
 retur nescivit, propterea quod ruri assiduus, quemad-
 modum tute confiteris, fuit.

Vereor ne aut molestus sim vobis, iudices, aut ne 82
 15 ingeniis vestris videar diffidere, si de tam per-
 spicuis rebus diutius disseram. Eruci criminatio tota
 ut arbitror dissoluta est; nisi forte expectatis ut illa
 diluam, quae de peculatu ac de eiusmodi rebus
 commenticiis inaudita nobis ante hoc tempus ac nova
 20 obiecit. quae mihi iste visus est ex alia oratione
 declamare quam in alium reum commentaretur; ita
 neque ad crimen parricidii neque ad eum qui causam
 dicit pertinebant; de quibus quoniam verbo arguit,
 verbo satis est negare. siquid est quod ad testes re-
 25 servet, ibi quoque nos, ut in ipsa causa, paratiores
 reperiet quam putabat.

Venio nunc eo, quo me non cupiditas ducit, sed 30
 83

4 eosdem . . . bonorum B

1 quid ais Eruci? vulgo occidebantur *Schol.* 2 nonne ω
 non *Ern.* 3 nescimus ω nescisne *Ha.* <an> nescimus *Vin-*
kelsteyn l. l. (cf. ad 78 p. 31, 20) cf. Scholii explanationem hic ut
 adversarios tangeret, hoc dixit: nescis Eruci, hoc tempore esse
 sectores collorum et bonorum 5 ii denique ω iidemque *Ri.*
1861 p. 6 concurabant Σ 7 et $\Sigma\varsigma$ et in ς 12 nescivit
Mdv. Op². p. 148 nesciret ω 20 alia ω aliqua *AEb.* aliena
Passeratius 23 pertinebant *Naug.* -bat ω quoniam $\Sigma\varsigma$ cum
 vel quomodo ς 25 quoque nos $\Sigma\varsigma$ nos quoque ς

- fides. nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius ex quibus possem crescere; quod certum est non facere, dum utrumvis licebit. is enim mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiore locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodum et calamitatem. Desinamus aliquando ea scrutari, quae sunt inania; quaeramus maleficium ubi et est et inveniri potest; iam intelleges Eruci, certum crimen quam multis suspicionibus coarguatur, tametsi neque omnia dicam et leviter unumquidque tangam. neque enim id facerem, nisi necesse esset, et id erit signi me invitum facere, quod non persequar longius quam salus huius et mea fides postulabit.
- 84 Causam tu nullam reperiebas in Sex. Roscio; at ego in T. Roscio reperio. tecum enim mihi res est T. Rosci, quoniam istic sedes ac te palam adversarium esse profiteris. de Capitone post viderimus, si quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit; tum alias quoque suas palmas cognoscet, de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum et sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quaerere solebat, 'cui bono' fuisset. sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere.
- 85 hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii quibus periculum creabatur, ideo quod tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam quam applicatus ad severitatem videbatur. Ego quamquam praeest huic quaestioni vir

6 Desinamus...scrutari *Schol.* <sed> (vel <tamen>) desinamus *C. Lehmann, Herm. XIV 1879 p. 451* 7 maleficium ubi 5 ubi m. ubi Σ: ibi m. ubi *Steinmetz*; ibi si accentu effertur, ante potius quam post quaeramus conlocandum erat 10 unumquidque *Wesenberg* unumquodque ω 12 persequar *Lb.* prosequar ω 17 esse** Σ profiteris *ed. Ven. et Rom.* -tearis ω 19 alias...palmas *Schol.* 21 <se>verissimum *Zumpt, He. p. 10* 28 applicatus *Novák* implicatus ω implacatus *Graevius*; cf. *fin. 4, 54* omne animal...applicatum esse ad se diligendum

et contra audaciam fortissimus et ab innocentia cle-
mentissimus, tamen facile me paterer vel illo ipso
acerrimo iudice quaerente vel apud Cassianos iudices,
quorum etiam nunc ii quibus causa dicenda est, nomen ³¹
⁵ ipsum reformidant, pro Sex. Roscio dicere. in hac ⁸⁶
enim causa cum viderent illos amplissimam pecuniam
possidere, hunc in summa mendicitate esse, illud qui-
dem non quaerent cui bono fuisset, sed eo per-
spicuo crimen et suspicionem potius ad praedam
¹⁰ adiungerent quam ad egestatem. quid si accedit eodem
ut tenuis antea fueris? quid si ut avarus? quid si
ut audax? quid si ut illius qui occisus est inimi-
cissimus? num quaerenda <causa> quae te ad tantum
facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest?
¹⁵ tenuitas hominis eiusmodi est ut dissimulari non
queat atque eo magis eluceat quo magis occultatur.
avaritiam praefers qui societatem coieris de muni- ⁸⁷
cipis cognatique fortunis cum alienissimo. quam sis
audax, ut alia obliviscar, hinc omnes intellegere po-
²⁰ tuerunt, quod ex tota societate, hoc est ex tot sicariis,
solus tu inventus es qui cum accusatoribus sederes
atque os tuum non modo ostenderes, sed etiam offerres.
inimicitias tibi fuisse cum Sex. Roscio et magnas rei
familiaris controversias concedas necesse est. Restat ⁸⁸
²⁵ iudices ut hoc dubitemus, uter potius Sex. Roscium
occiderit, is ad quem morte eius divitiae venerint,
an is ad quem mendicitas, is, qui antea tenuis fuerit,
an is qui postea factus sit egentissimus, is qui ar-
dens avaritia feratur infestus in suos, an is qui semper
³⁰ ita vixerit ut quaestum nosset nullum, fructum autem

4 nunc ii *Naug.* nuncii (vel -tiii) ω 8 perspicuo *Puteanus*
-cuum ω 10 quid... inimicus *Mart. Cap.* 489 *RL* 467, 25
eodem *om. Mart. Cap.* 12 illius ω eius *Mart. Cap.* inimi-
cissimus ω inimicus *Mart. Cap.* 13 add. ε 14 adduxerit
Σε -erunt ε Quid... [non] potest *Schol.* 16 eluceat ω elu-
cet *Heumann* 24 Restat... dubitemus *Schol.* 27 mendicitas
is ε mendicitatis Σε mendicitas ε

eum solum quem labore peperisset, is qui omnium sectorum audacissimus sit, an is qui propter fori iudiciorumque insolentiam non modo subsellia, verum etiam urbem ipsam reformidet, postremo iudices, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, utrum 5
32 inimicus potius an filius.

89 Haec tu Eruci, tot et tanta si nactus esses in reo, quam diu diceres! quo te modo iactares! tempus hercule te citius quam oratio deficeret. etenim in singulis rebus eiusmodi materies est ut dies singulos 10 possis consumere. neque ego non possum; non enim tantum mihi derogo, tametsi nihil adrogo, ut te copiosius quam me putem posse dicere. verum ego forsitan propter multitudinem patronorum in grege adnumerer, te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit. multos caesos 15 non ad Trasumennum lacum, sed ad Servilium vidimus.

90 Quis ibi non est vulneratus ferro Phrugio? non necesse est omnes commemorare Curtios Marios, denique † Mammeos quos iam aetas a proeliis avocabat, postremo 'Preamum ipsum senem' Antistium, 20 quem non modo aetas, sed etiam leges pugnare prohibebant. iam quos nemo propter ignobilitatem no-

11 non enim . . . dicere B

† 4 reformidet *Lb.* -dat ω -darit *Buechner* 7 nactus ξ nactus Σ 5
14 patronorum ξ paternorum Σ 5 grege ξ gregem Σ 5 pugna
Cannensis accusatorum *Schol.* cf. *Arnob.* 5, 38 *CSEV V p. 208*, 12
potest quidem proscripio quemadmodum Tullius ludit, pugna
dici appellarique Cannensis accusatorem ω *Schol.* -torum *Butt-*
mann; an <accusatorum> accusatorem? 15 multos . . . vidi-
mus *Schol.* *Lucan.* 2, 160; cf. etiam *Schol.* 16 Trasumen-
num quis Frugis *Schol.* frugio *Fla.* trahasymennum Σ tra-
simennum (vel -menum) ξ trasumenum *Schol.* trasimennum
Schol. *Lucan.* cf. *div. II 21* trans sumennum *cod. A* Servilium
vidimus *Schol.* 17 quis . . . Phrugio *Enn. TRF 313* ferro
Frugio *Schol.* phrygio ω Brugio *Osann probabiliter* 18 Cur-
tios Marios *Schol.* 19 mammeos ω Memmios *Urs. cl. Brut.*
136; quod qui defendunt alterum ex fratribus vitam usque ad
Sullae tempora produxisse statuunt 20 senem *del. Mdv. Op.*
p. 99

minat, sescenti sunt qui inter sicarios et de veneficiis
 accusabant; qui omnes, quod ad me attinet, vellem
 viverent. nihil enim mali est canes ibi quam pluri-
 mos esse, ubi permulti observandi multaque servanda
 5 sunt. Verum ut fit multa saepe imprudentibus im- 91
 peratoribus vis belli ac turba molitur. dum is in aliis
 rebus erat occupatus qui summam rerum admi-
 nistrabat, erant interea qui suis vulneribus mederen-
 tur; qui tamquam si offusa rei publicae sempiterna
 10 nox esset, ita ruebant in tenebris omniaque miscebant;
 a quibus miror, nequod iudiciorum esset vestigium,
 non subsellia quoque esse combusta; nam et accusa-
 tores et iudices sustulerunt. hoc commodi est quod
 ita vixerunt ut testes omnes, si cuperent, interficere
 15 non possent; nam dum hominum genus erit, qui
 accuset eos non deerit; dum civitas erit, iudicia fient.
 Verum ut coepi dicere, et Erucius haec si haberet in
 causa quae commemoravi, posset ea quamvis diu di-
 cere, et ego iudices possum; sed in animo est, quem-
 20 admodum ante dixi, leviter transire ac tantum modo
 perstringere unamquamque rem, ut omnes intellegant
 me non studio accusare, sed officio defendere.

Video igitur causas esse permultas quae istum 33
 impellerent: videamus nunc ecquae facultas susci- 92
 25 piendi maleficii fuerit. ubi occisus est Sex. Roscius?
 — Romae. — quid? tu, T. Rosci ubi tunc eras? — Ro-
 mae. verum quid ad rem? et alii multi. — quasi
 nunc id agatur quis ex tanta multitudine occideret,
 ac non hoc quaeratur eum qui Romae sit occisus,
 30 utrum veri similis sit ab eo esse occisum qui assi-
 duus eo tempore Romae fuerit, an ab eo qui multis

4 <con>servanda He. 8 suis... mederentur Schol. 9 qui
 quasi sempiterna nox esset Mar. Vict. de defin. p. 22, 17 Stangl
 qui... miscebant Arus. GL VII 485, 18 (propter in) effusa cod.
 Arus. sed offusa in interpretatione rei p(ublicae) Arus. re
 p. ω; fortasse dativum re retinere licet 24 ecquae Urs.
 et quae ω 26 tu T. s ut Σ tu s 28 nunc s non Σ

93 annis Romam omnino non accesserit. Age nunc ceteras quoque facultates consideremus. erat tum multitudo sicariorum, id quod commemoravit Erucius, et homines impune occidebantur. quid? ea multitudo quae erat? opinor aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab iis conducebantur ut aliquem occiderent. si eos putas qui alienum adpetebant, tu es in eo numero qui nostra pecunia dives es; sin eos quos qui levioere nomine appellant, percussores vocant, quare in cuius fide sint et clientela; mihi crede, aliquem de societate tua reperies; et quicquid tu contra dixeris, id cum defensione nostra contendito; ita facillime causa Sex. Rosci cum tua conferetur. dices: 'quid postea, si Romae assiduus fui?' respondebo: 'at ego omnino non fui.' — 'fateor me sectorem esse, verum et alii multi.' — 'at ego, ut tute arguis, agricola et rusticus.' — 'non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius'. — 'at ego profecto qui ne novi quidem quemquam sicarium, longe absum ab eiusmodi crimine'. Permulta sunt quae dici possunt, quare intellegatur summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi; quae non modo idcirco praetereo quod te ipsum non libenter accuso, verum eo magis etiam quod, si de illis caedibus velim commemorare quae tum factae sunt ista eadem ratione qua Sex. Roscius occisus est, vereor ne ad plures oratio mea pertinere videatur.

34
95 Videamus nunc strictim, sicut cetera, quae post mortem Sex. Rosci abs te, T. Rosci facta sunt; quae ita aperta et manifesta sunt ut me dius fidius, iudices, invitus ea dicam. vereor enim, cuiusmodi es T. Rosci, ne ita hunc videar voluisse servare ut tibi

1 age nunc videamus reliquas facultates *Vict. RL 226, 15*
 2 quoque facultates *ed. Ven. et Rom. fac. quoque ω* 5 au-
 eorum qui in bonis *Schol.* 15 fateor me sectorem *Schol.*
 25 sunt *ω* sint *Ha.* 28 sicut <coepimus,> *Ri. 1861 p. 6*
 31 vereor . . . perpercerim *Prisc. GL III 7, 19* cuiusmodi testa-
 tur *Prisc. quiquimodo ω* es T. *vulgo est ω Prisc. codd.*

omnino non pepercerim. cum hoc vereor et cupio
 tibi aliqua ex parte, quod salva fide possim, parcere,
 rursus immuto voluntatem meam; venit enim mihi in
 mentem oris tui. tene cum ceteri socii tui fugerent
 5 ac se occultarent, ut hoc iudicium non de illorum
 praeda, sed de huius maleficio fieri videretur, potis-
 simum tibi partes istas depoposcisse, ut in iudicio
 versarere et sederes cum accusatore? qua in re nihil
 aliud adsequeris, nisi ut ab omnibus mortalibus
 10 audacia tua cognoscatur et impudentia. Occiso Sex. 96
 Roscio quis primus Ameriam nuntiat? Mallius Glaucia,
 quem iam antea nōminavi, tuus cliens et familiaris.
 quid attinuit eum potissimum nuntiare, quod si
 nullum iam ante consilium de morte ac de bonis eius
 15 inieras nullamque societatem neque sceleris neque
 praemii cum homine ullo coieras, ad te minime om-
 nium pertinebat? — 'sua sponte Mallius nuntiat'. —
 quid quaeso eius intererat? an cum Ameriam non
 huiusce rei causa venisset, casu accidit ut id quod Ro-
 20 mae audierat primus nuntiaret? cuius rei causa ve-
 nerat Ameriam? 'non possum' inquit 'divinare'. eo rem
 iam adducam ut nihil divinatione opus sit. qua ratione
 <T.> Roscio Capitoni primo nuntiavit? cum Ameriae
 Sex. Rosci domus uxor liberique essent, cum tot pro-
 25 pinqui cognatique optime convenientes, qua ratione
 factum est ut iste tuus cliens, sceleris tui nuntius,
 T. Roscio Capitoni potissimum nuntiaret? Occisus est 97

3 venit... oris tui B 12 tuus cliens et familiaris B

4 oris tui *Schol.* tene cum ε tene quin Σ tenes quin ε
 6 huius... videretur *Schol.* 8 in ω tu *Errn.* 10 impudentia
 ε imprud- Σε 18 quaeso *Ang.* quasi ω 22 qua ratione
del Pluy. 1880 p. 372 qua ratione... nuntiavit *del. K. Lincke,*
Philol. LIX N. F. XIII 1900 p. 193. fortasse duplici forma locus
 servatus est ita ut pro hoc enuntiato substitutum sit sequens
 cum Ameriae... qua ratione factum est ut... nuntiaret. sed
 potest etiam iteratione sententiae indicata esse animi quaedam
 commotio 23 <T.> Roscio *Ri. 1861 p. 6* ** roscio Σ roscio ε
 fort. recte primo *Ri.* primum ω

a cena rediens; nondum lucebat, cum Ameriae scitum est. quid hic incredibilis cursus, quid haec tanta celeritas festinatioque significat? non quaero quis percusserit; nihil est Glaucia, quod metuas; non excutio te, siquid forte ferri habuisti, non scrutor; nihil ad me arbitror pertinere; quoniam cuius consilio occisus sit inuenio, cuius manu sit percussus non laboro. unum hoc sumo quod mihi apertum tuum scelus resque manifesta dat: ubi aut unde audivit Glaucia? qui tam cito scivit? fac audisse statim; quae res eum nocte una tantum itineris contendere coegit? quae necessitas eum tanta premebat ut si sua sponte iter Ameriam faceret, id temporis Roma proficisceretur, nullam partem noctis requiesceret?

35 98 Etiamne in tam perspicuis rebus argumentatio 15
quaerenda aut coniectura capiendast? nonne vobis haec quae audistis cernere oculis videmini iudices? non illum miserum, ignarum casus sui redeuntem a cena videtis, non positas insidias, non impetum repentinum? non versatur ante oculos vobis in caede 20 Glaucia? non adest iste T. Roscius? non suis manibus in curru collocat Automedontem illum, sui sceleris acerbissimi nefariaeque victoriae nuntium? non orat ut eam noctem pervigilet, ut honoris sui causa laboret, ut Capitoni quam primum nuntiet? quid erat 25

10 quae res . . . coegit B 20 non versatur . . . Glaucia B

4 nihil est . . . habuisti *Diom. GL I 393, 24. Dosith. GL VII 420, 18 (ex eodem fonte) nihil ω Dosith. non Diom. nequid metuas Glaucia Dosith. excutio te ω non te scrutor Diom. Dosith. (ex sequ.)* 10 audisse ξ audisset $\Sigma\xi$ 16 capienda est *Mdv. Op.² p. 149* capienda sit ω *def. W. A. Baehrens, Philol. Suppl. XII 1912 p. 502* nonne . . . Glaucia et quae sequuntur *Aquila RL 26, 10 Schem. dian. RL 75, 17* 17 cernere oculis ω *Schem. dian. oculis cernere Aquila* 18 non illum . . . videtis *om. Aquila Schem. dian.* 19 -s insidias *om. Aquilae codd.* 20 vobis in caede ω ipse *Aquila, Schem. dian.* 22 in . . . Automedontem *Arus. GL VII 462, 23 (propter collocare in illo) Automedontis nomen testatur Schol.*

quod Capitonem primum scire voluerit? nescio, nisi hoc video, Capitonem in his bonis esse socium; de tribus et decem fundis tres nobilissimos fundos eum video possidere. audio praeterea non hanc suspicionem ¹⁰⁰
 5 nunc primum in Capitonem conferri; multas esse infames eius palmas, hanc primam esse tamen lemnicatam quae Roma ei deferatur; nullum modum esse hominis occidendi quo ille non aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno; habeo etiam dicere, quem ¹⁰¹
 10 contra morem maiorum minorem annis LX de ponte in Tiberim deiecerit; quae, si prodierit atque adeo cum prodierit — scio enim proditurum esse — audiet. veniat modo, explicet suum volumen illud quod ei ¹⁰¹
 15 aiunt illum Sex. Roscio intentasse et minitatum esse se omnia illa pro testimonio esse dicturum. o praeclarum testem iudices! o gravitatem dignam expectatione! o vitam honestam atque eiusmodi ut libentibus animis ad eius testimonium vestrum ius iurandum accommodetis! profecto non tam perspicue nos istorum maleficia videremus, nisi ipsos caecos redderet cupiditas et avaritia et audacia.

Alter ex ipsa caede volucrem nuntium Ameriam ³⁶
 25 ad socium atque administrum suum misit ut si dissimulare omnes cuperent se scire ad quem maleficium pertineret, tamen ipse apertum suum scelus ante omnium oculos poneret. alter, si dis immortalibus pla-

9 habeo etiam dicere B

1 voluerit ω vellet *Ern.* voluit *Mue.* sed cf. *Ste.* ad h. l.
 4 non ante nunc *transp.* *He.* p. 11 5 infames eius *Gru.* infamius
 ω 7 Roma ei *Ern.* romae ω 11 quae *Naug.* qui ω
 13 suum volumen *Schol.* 15 minitatum *Hot.* mentatum Σ meditatum ε 18 vitam Σ iustam ε libentibus ω libantibus *Pauly* p. 419 19 post animis *add.* ad eiusmodi ut libentius animis Σ *mg.* 20 nos istorum ε non istorum Σ istorum ε 23 Alter ... caede *Schol.* 24 administrum *AKl.* (cf. *Sall. Jug.* 29, 2) ad magistrum ω adeo magistrum *AEb.* magistrum *Ha.*

cet, testimonium etiam in Sex. Roscium dicturus est; quasi vero id nunc agatur, utrum is quod dixerit credendum, ac <non> quod fecerit vindicandum sit. itaque more maiorum comparatum est ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non
 103 dicerent. Africanus qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret; nam illud in talem virum non audeo dicere: si diceret, non crederetur. Videte nunc quam versa et mutata
 10 in peiorem partem sint omnia. cum de bonis et de caede agatur, testimonium dicturus est is qui et sector est et sicarius, hoc est qui et illorum ipsorum bonorum de quibus agitur emptor atque possessor est et eum hominem occidendum curavit de cuius morte
 104 quaeritur. Quid? tu vir optume ecquid habes quod dicas? mihi ausculta: vide ne tibi desis; tua quoque res permagna agitur. multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti, unum stultissime, profecto tua sponte, non de Eruci sententia: nihil opus fuit te istic
 20 sedere; neque enim accusatore muto neque teste quisquam utitur eo qui de accusatoris subsellio surgit. huc accedit quod paulo tamen occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. nunc quid est quod quisquam ex vobis audire desideret, cum quae facitis
 25 eiusmodi sint ut ea dedita opera a nobis contra vosmet ipsos facere videamini?

3 itaque... dicerent B 12 testimonium... curavit B;
 17 mihi ausculta B 24 nunc... videamini B

2 id nunc..., ac non *J. Jeep, Jahrb. LXXXI 1860 p. 613* id nunc... an ω non id nunc... an *Mdv. Op.² p. 100* 3 ita (*sic*)... comparatum est *Schol.* 4 ut <vel> *Ha.* 10 <ei> non *Pluy. 1880 p. 372* 13 hoc est... morte quaeritur *del. Ea. 1862 p. 178 detrahens de loci gravitate* 15 hominem *om. B* 18 multa scelerate... fecisti *Prisc. GL III 76, 28 (propter audaciter) audaciter Prisc. audacter ω* 20 istic sedere *Hot. isti credere ω isti assidere Pauly p. 419* 24 nunc quid ω numquid *Pascal ego (pro est) B* 26 sunt B nobis C vobis ξ

Age nunc illa videamus iudices, quae statim consecuta sunt. ad Volaterras in castra L. Sullae mors Sex. Rosci quadriduo quo is occisus est Chrysogono nuntiatur. quaeritur etiamnunc, quis eum nuntium miserit? nonne perspicuum est eundem qui Ameriam? curat Chrysogonus ut eius bona veneant statim; qui non norat hominem aut rem. at qui ei venit in mentem praedia concupiscere hominis ignoti, quem omnino numquam viderat? soletis cum aliquid huiusmodi audistis iudices, continuo dicere: 'necesse est aliquem dixisse municipem aut vicinum; ii plerumque indicant, per eos plerique produntur.' hic nihil est quod suspicione hoc putetis. non enim ego ita disputabo: 'veri simile est Roscios istam rem ad Chrysogonum detulisse; erat enim eis cum Chrysogono iam antea amicitia; nam cum multos veteres a maioribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque observare destiterunt ac se in Chrysogoni fidem et clientelam contulerunt.' haec possum omnia vere dicere, sed in hac causa coniectura nihil opus est; ipsos certo scio non negare ad haec bona Chrysogonum accessisse impulsu suo. si eum qui indicii partem acceperit oculis cernetis, poteritisne dubitare iudices qui indicarit? qui sunt igitur in istis bonis quibus partem Chrysogonus dederit? duo Roscii. numquisnam praeterea? nemo est, iudices. num

37
105

106

107

3 Chrysogono nuntiasset (*errore librarii*) Schol. 6 veneant
 5 veniant Σ 5 7 at *del. Pluy. 1880 p. 372* 10 audistis Σ
 auditis 5 13 suspicione hoc putetis *Deiter, Philol. LXV (N. F. XIX) 1906 p. 318* suspicionem hoc putetis ω suspicionem habere p. *SHRinkes, Mnem. VIII 1859 p. 439 (cl. Clu. 174)* suspiciosum hoc p. *Pauly p. 419* suspicione contineri p. *AEb. ω* suspicione computetis *Ri. 1861 p. 6* suspicione occupetis *Mdv.* suspiciose dici hoc putetis *Gust. 1894 p. 260* suspicione m(e) hoc putetis <loqui> *Bu. 1913 p. 96; cf. Mue. p. XVIII* 14 roscios Σ roscium 5 22 indicii 5 indicivae Σ indicive (*vel -ne*) 5 iudici ut 5 indicii iure *Ste. i. causa Cl. indicii <mercedem praed>ae Pla. p. 1078* 23 partem ω pretium *AKI. praemium conī. Mue. cernetis 5 cernentes Σ cernitis 5 24 qui (prius) ω quis Ha.*

ergo dubium est quin ii obtulerint hanc praedam Chrysogono, qui ab eo partem praedae tulerunt?

108 Age nunc ex ipsius Chrysogoni iudicio Rosciorum factum consideremus. si nihil in ista pugna Roscii quod operae pretium esset fecerant, quam ob causam 5
<a> Chrysogono tantis praemiis donabantur? si nihil aliud fecerunt nisi rem detulerunt, nonne satis fuit iis gratias agi, denique ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? cur tria praedia tantae pecuniae statim Capitoni dantur? cur quae reliqua sunt 10
iste <T.> Roscius omnia cum Chrysogono communiter possidet? nonne perspicuum est iudices, has manubias Rosciiis Chrysogonum re cognita concessisse?

38—109 Venit in decem primis legatus in castra Capito. totam vitam, naturam moresque hominis ex ipsa le- 15
gatione cognoscite. nisi intellexeritis iudices, nullum esse officium, nullum ius tam sanctum atque integrum quod non eius scelus atque perfidia violarit et imminu-
110 erit, virum optimum esse eum iudicatote. impedimento est quominus de his rebus Sulla doceatur, ceterorum 20
legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiat, monet ut provideat ne palam res agatur, ostendit si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum, sese capitis periculum aditurum; illum 25
acuere hos qui simul erant missi fallere, illum identidem monere ut caveret, hisce insidiose spem falsam ostendere, cum illo contra hos inire consilia, horum consilia illi enuntiare, cum illo partem suam

4 si ... donabantur B 14 Venit... Sulla doceatur B

4 si ... Roscii *Schol.* 6 *add. ed. Ascens.* 8 iis $\Sigma\varsigma$ his ς
9 cur $\Sigma\varsigma$ quur *vel* quur ς 11 *add. Ri.* 12 manubias Rosciiis *Schol.* 14 venit... primis *Schol.* capio B legatus *del. Pluy. 1880 p. 372* 15 totam B ς ** totam Σ *unde vos t. Cl. refracta vi notionis* totam 17 istum (*pro ius tam*) B 18 eius scelus *Steph.* eiusce vis ω 20 est $\Sigma\varsigma$ om ς 21 Chrysogono nuntiat (*sic*) *Schol.* 23 illum pecuniam grandem *Schol.*
25 acuere ς ac vere $\Sigma\varsigma$

depecisci, hisce aliqua ficta mora semper omnes aditus
 ad Sullam intercludere. postremo isto hortatore auc-
 tore intercessore ad Sullam legati non adierunt; istius
 fide ac potius perfidia decepti, id quod ex ipsis cogno-
 5 scere poteritis, si accusator voluerit testimonium eis
 denuntiare, pro re certa spem falsam domum rettu-
 lerunt. In privatis rebus siqui rem mandatam non modo 111
 malitiosius gessisset sui quaestus aut commodi causa,
 verum etiam neglegentius, eum maiores summum ad-
 10 misisse dedecus existimabant. itaque mandati con-
 stitutum est iudicium non minus turpe quam furti,
 credo propterea quod quibus in rebus ipsi interesse
 non possumus, in iis operae nostrae vicaria fides ami-
 corum supponitur; quam qui laedit, oppugnat omnium
 15 commune praesidium, et quantum in ipso est disturbat
 vitae societatem, non enim possumus omnia per nos
 agere; alius in alia est re magis utilis. idcirco amicitiae
 comparantur ut commune commodum mutuis officiis
 gubernetur. quid recipis mandatum, si aut neglecturus 112
 20 aut ad tuum commodum conversurus es? cur mihi te
 offers ac meis commodis officio simulato officis et ob-
 stas? recede de medio; per alium transigam. suscipis
 onus officii quod te putas sustinere posse; quod
 minime videtur grave iis qui minime ipsa leves sunt.
 25 Ergo idcirco turpis haec culpa est quod duas res 39
 sanctissimas violat, amicitiam et fidem. nam neque

2 postremo . . . poteritis B 10 itaque . . . supponitur B
 19 quid . . . nisi credidisset B

1 depecisci Σ depac- ε ficta mora Gron. fretu mora (vel
 fretum ora) ω fretus mora ε vafre mora M. Haupt, Op. III p.
 411 (minus apta collocatione verborum) fraudatis mora Gust.
 1894 p. 260 2 auctore intercessore del. Mdv. Op.² p. 148 -
 3 suam (pro Sullam) B 7 in privatis rebus Schol. 10 man-
 datum B constitutum Σ institutum B 13 iis Σ his ε; in
 his om. B 17 alius in alia re Schol. 23 <non> posse Kay.
 posse <et tamen abicies tamquam ferre non possis> Ri. 1861
 p. 6 24 minime . . . grave ω minime . . . leve HJMueller l. l. (cf.
 ad 21 p. 58, 4) maxime . . . grave Dobree; cf. He. p. 12

mandat quisquam fere nisi amico neque credit nisi ei quem fedelem putat. perditissimi est igitur hominis simul et amicitiam dissolvere et fallere eum qui lae-
 113 sus non esset nisi credidisset. Itane est? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio 5
 condemnetur necesse est, in re tanta cum is cui fama mortui, fortunae vivi commendatae sunt atque con-
 creditae, ignominia mortuum, <egestate vivum> ad-
 fecerit, is inter honestos homines atque adeo inter
 vivos numerabitur? In minimis privatisque rebus etiam 10
 negligentia in crimen mandati iudiciumque infamiae vocatur, propterea quod si recte fiat, illum negligere
 oporteat qui mandarit, non illum qui mandatum re-
 ceperit; in re tanta quae publice gesta atque commissa
 sit, qui non negligentia privatum aliquod commodum 15
 laeserit, sed perfidia legationis ipsius caerimoniam
 polluerit maculaque adfecerit, qua is tandem poena
 114 adficietur aut quo iudicio damnabitur? Si hanc ei rem
 privatim Sex. Roscius mandavisset, ut cum Chryso-
 gono transigeret atque decideret, inque eam rem 20
 fidem suam, siquid opus esse putaret, interponeret,
 ille qui sese facturum recepisset nonne si ex eo negotio
 tantulum in rem suam convertisset, damnatus per
 arbitrum et rem restitueret et honestatem omnem
 115 amitteret? Nunc non hanc ei rem Sex. Roscius 25
 mandavit, sed, id quod multo gravius est, ipse Sex.
 Roscius cum fama vita bonisque omnibus a decuri-
 onibus publice <T.> Roscio mandatus est; et ex eo

16 perfidia... adfecerit B 18 si... amitteret B

1 fere om. B 8 add. *Jannoctius; de substantivo haeseris; <inopia vivum> Ha. quod minus placet* 11 mandati in crimen *Put. explicat locum Ste. infamiae Put. infamia ω in fama Σ infame Lb.* 12 vocatur *Lb. revocatur ω re<i> vocatur Ri. 1861 p. 7* 17 adfecerit *ω aspersionem Lb.* 19 chrysono B 21 esset (*pro esse putaret*) B 22 ille qui *ω illeque Mdv.* 23 damnatus per arbitrum (*-trum cod.*) *Schol.* 28 add. *Schuetz; [Roscio] Hof.*

T. Roscius non paululum nescioquid in rem suam convertit, sed hunc funditus evertit bonis, ipse tria praedia sibi depectus est, voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem suam fecit.

5 Videte iam porro cetera iudices, ut intellegatis
 10 fingi maleficium nullum posse quo iste sese non contaminarit. in rebus minoribus socium fallere turpissimum est aequaeque turpe atque illud de quo ante dixi; neque iniuria, propterea quod auxilium sibi se putat
 15 adiunxisse qui cum altero rem communicavit. ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem laeditur, cui se commiserit? atque ea sunt animadvertenda peccata maxime quae difficillime praecaventur. tecti esse ad alienos possumus, intumi multa apertiora videant necesse est; socium cavere qui possumus? quem etiam si metuimus, ius officii laedimus. recte igitur maiores eum qui socium fefellisset, in viro-
 20 rum bonorum numero non putarunt haberi oportere. At vero T. Roscius non unum rei pecuniariae socium
 25 fefellit — quod tametsi grave est, tamen aliquo modo posse ferri videtur —, verum novem homines honestissimos eiusdem muneris legationis officii mandatorumque socios induxit decepit destituit, adversariis tradidit, omni fraude et perfidia fefellit; qui de eius scelere
 30 suspicari nihil potuerunt, socium officii metuere non debuerunt, eius malitiam non viderunt, orationi vanae crediderunt. itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti providique fuisse; iste, qui initio proditor fuit, deinde perfuga.
 35 qui primo sociorum consilia adversariis enuntiavit,

2 ipse... suam fecit B 19 at vero... nihil potuerunt B

1 paululum Σ paulum ς 3 depectus Σ depactus ς cf. 110 p. 95, 1 4 tantidem Schol. 12 atque Σ atqui ς
 23 induxit om. B 24 de eius scelere suspicari B ς de eius
 eius
 scelere suspicari Σ unde de scelere suspicari eius Cl. falso verborum ordine; in C fortasse scriptum erat de eius scelere suspicari eius

deinde societatem cum ipsis adversariis coit, terret
 etiam nos ac minatur tribus praediis, hoc est prae-
 miis sceleris ornatus. in eiusmodi vita iudices, in his
 tot tantisque flagitiis hoc quoque maleficium de
 118 quo iudicium est reperietis. etenim quaerere ita debe- 5
 tis: ubi multa avare, multa audacter, multa improbe,
 multa perfidiose facta videbitis ibi scelus quoque
 latere inter illa tot flagitia putatote. tametsi hoc qui-
 dem minime latet quod ita promptum et pro-
 positum est, ut non ex illis maleficiis, quae in illo 10
 constant esse, hoc intellegatur, verum ex hoc etiam,
 siquo de illorum forte dubitabitur, convincatur. quid
 tandem, quaeso iudices? num aut ille lanista omnino
 iam a gladio recessisse videtur aut hic discipulus ma-
 gistro tantulum de arte concedere? par est avaritia, 15
 41 119 similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.
 Etenim quoniam fidem magistri cognostis, cognoscite
 nunc discipuli aequitatem. dixi iam antea saepe
 numero postulos esse ab istis duos servos in quaes-
 tionem, tu semper T. Rosci recusasti. quaero abs te: 20
 'iine qui postulabant, indigni erant qui impetrarent,
 an is te non commovebat pro quo postulabant,
 an res ipsa tibi iniqua videbatur?' postulabant ho-
 mines nobilissimi atque integerrimi nostrae civitatis
 quos iam antea nominavi; qui ita vixerunt talesque 25
 a populo Romano putantur, ut quicquid dicerent
 nemo esset qui non aequum putaret. postulabant

6 multa avare... videbitis B 8 hoc quidem... non ex
 illis B 13 num aut... audacia B

1 coit ς coit $\Sigma\varsigma$ 2 minatur ς ** minatur Σ unde domi-
 natur *coni. Cl. litteris ductus potius quam sensu* 6 audacter
Sylvius probabiliter, cf. 104 p. 92, 18 11 constant ω constat *ed.*
Ven. cf. ad dom. 139 p. 115, 4 12 siquo de *Gul.* siquod de ω du-
 bitabitur $\Sigma\varsigma$ -atur ς 13 lanista omnino *Schol.* 14 gladio re-
 cessisse *Mdv. Op.² p. 101* gladiatore (-ri B) cessisse ω gladi-
 toria recessisse *Gar.* gladiatura cessisse *Man.* aut hic discipu-
 lus *Schol.* hic *Schol.* is ω iste *Lb.* discipulus *Schol.* ς -lis
 $\Sigma\varsigma$ 17 cognoscite $\Sigma\varsigma$ -scitis ς 22 is te *Heusinger* iste ω

autem pro homine miserrimo atque infelicissimo qui
 vel ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris
 morte quaeretur. res porro abs te eiusmodi postu- 120
 labatur, ut nihil interesset utrum eam rem recusares an
 5 de maleficio confiterere. Quae cum ita sint, quaero
 abs te quam ob causam recusaris. cum occiditur Sex.
 Roscius, ibidem fuerunt. servos ipsos, quod ad me
 attinet, neque arguo neque purgo; quod a vobis
 oppugnari video ne in quaestionem dentur, suspicio-
 10 sum est; quod vero apud vos ipsos in honore tanto
 sunt, profecto necesse est sciant aliquid, quod si di-
 xerint, perniciosum vobis futurum sit. — 'In dominos
 quaeri de servis iniquum est.' — at ne quaeritur <qui-
 dem in dominos>; Sex. enim Roscius reus est; *****
 15 neque enim cum de hoc quaeritur, <de domino quaeri-
 tur>; vos enim dominos esse dicitis. — 'cum Chryso-
 gono sunt'. — ita, credo; litteris eorum et ur-
 banitate Chrysogonus ducitur, ut inter suos om-
 nium deliciarum atque omnium artium puerulos
 20 ex tot elegantissimis familiis lectos velit hos versari,
 homines paene operarios, ex Amerina disciplina
 patris familiae rusticani. non ita est profecto, iu- 121
 dices; non est verisimile ut Chrysogonus horum litte-
 ras adamarit aut humanitatem, non ut rei familia-
 25 ris negotio diligentiam cognorit eorum et fidem. est
 quiddam quod occultatur; quod quo studiosius ab ipsis
 opprimitur et absconditur, eo magis eminent et apparet.
 Quid igitur? Chrysogonus suine maleficii occultandi 42
 122

17 ita credo . . . rusticani B

4 rem del. Ha. probabiliter 5 cum ξ om. in lac. Σ 9 re-
 pugnari Sylvius 12 ne quaeritur <quidem in dominos> AKL.
 ne<que in vos> quaeritur Mdv. Op.² p. 101 non quaeritur Buech-
 ner lacunam stat. AKL. eamque in hanc fere sententiam supplen-
 dam <ergo nihil ad dominum> 14 enim del. Pla. p. 1078
 15 add. Pla. <in dominos quaeritur> Ha. 16 cum Chryso-
 gono sunt Schol. 20 et (pro ex) B ut velit hos B 26 ipsis
 ω istis Ha. 27 supprimitur Pluy. 1880 p. 372 28 suine ξ
 tuine Σ ; tui ξ

causa quaestionem de iis haberi non vult? minime iudices; non in omnes arbitror omnia convenire. ego in Chrysogono, quod ad me attinet, nihil eiusmodi suspicor; neque hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere. meministis me ita distribuisse initio causam: in crimen cuius tota argumentatio permessa Erucio est, et in audaciam cuius partes Rosciis impositae sunt. quicquid maleficii sceleris caedis erit, proprium id Roscorum esse debet. Nimiam gratiam potentiamque Chrysogoni dicimus et nobis obstare et perferri nullo modo posse et a vobis, quoniam potestas data est, non modo infirmari, verum etiam vindicari oportere. ego sic existimo, qui quaeri velit ex iis quos constat, cum caedes facta sit, adfuisse, eum cupere verum inveniri; qui recuset, eum profecto tametsi verbo non audeat, tamen re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio iudices, nolle me plura de istorum scelere dicere quam causa postularet ac necessitas ipsa cogeret. nam et multae res adferri possunt, et unaquaeque earum multis cum argumentis dici potest. verum ego quod invitus ac necessario facio, neque diu neque diligenter facere possum. quae praeteriri nullo modo poterant, ea leviter iudices attigi quae posita sunt in suspicionibus, de quibus si coepero dicere, pluribus verbis sit disserendum, ea vestris ingeniis coniecturaeque committo.

43 Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni,
124

12 verum ego (*sic*) . . . facere possum B

4 mihi nunc ξ mihi nunc mihi Σ 5 causam ξ in causam Σ ; an <tota>m causam? 7 impostae *Zic. p. 186* 9 cf. *Schol. Hor. epod. 4, 10* liberrima (*indignatio*) est aperta, tacens ut de Chrysogono servo Syllae. quem potentissimum fecerat, indignabantur homines, sed non audebant palam loqui 13 ego . . . quaeri vellet (*sic*) *Schol.* 14 sit ω est *Ha.* 15 inveniri *Pluy. 1858 p. 203* invenire ω qui ξ quid Σ qui id *Cl.* 20 <de> una quaque *Lb.* 27 Venio . . . aureum *Schol.* Chrysogoni *del. Weidner, Philol. XXXV 1876 p. 719; sed nomen ipsum aegre desideratur*

sub quo nomine tota societas latuit; de quo iudices neque quomodo dicam neque quomodo taceam reperire possum. si enim taceo, vel maximam partem relinquo; sin autem dico, vereor ne non ille solus, id quod ad me nihil attinet, sed alii quoque plures laesos se esse putent. tametsi ita se res habet ut mihi in communem causam sectorum dicendum nihil magnopere videatur; haec enim causa nova profecto et singularis est. Bonorum Sex. Rosci emptor est 125
 10 Chrysogonus. primum hoc videamus: eius hominis bona qua ratione venierunt aut quomodo venire potuerunt? atque hoc non ita quaeram iudices, ut id dicam esse indignum, hominis innocentis bona venisse — si enim haec audientur ac libere dicentur, non fuit 15 tantus homo Sex. Roscius in civitate ut de eo potissimum conqueramur — verum ego hoc quaero: qui potuerunt ista ipsa lege, quae de proscriptione est, sive Valeria est sive Cornelia — non enim novi nec scio —, verum ista ipsa lege bona Sex. Rosci venire qui 20 potuerunt? scriptum enim ita dicunt esse: ut eorum bona veneant QUI PROSCRIPTI SUNT: quo in numero 126 Sex. Roscius non est: aut eorum QUI IN ADVERSARIORUM PRAESIDIIS OCCISI SUNT. dum praesidia ulla fuerunt, in Sullae praesidiis fuit; posteaquam ab armis recesserunt, in summo otio, rediens a cena Romae occisus est; <si> lege, bona quoque lege venisse fateor; sin autem constat contra omnis non modo veteres leges,

18 non ita (*pro enim*)...scio B

1 latuit *Mdv. Op.*² p. 250 statuit ω 3 partem <causae> *Kraferfert* 6 se esse ω se *Cl. sese Ste. propter clausulam* 9 emptor est chrysogonus § emptorem chrysogonus (-num §) Σ§ 10 primum (*sic*) Σ 14 audientur ac (ac ** Σ aut §) ω audaciter ac *Ri. 1861 p. 7* <et> audientur <libenter> et *Pauly p. 420; fort. accipiendum* audientur aeque ac l. d. cf. *Thes. ling. lat. II 1083, 63*

17 potuerunt § -rint Σ 20 ut § ut ut Σ ut aut *Cl. parum probabiliter* 21 veneant § veniant Σ§ 24 recesserunt ω <omnes> r. *Cl. <partes> r. Bu. 1913 p. 96* recessum est *Steph. recessimus Ri. 1861 p. 7* 26 *add. §*

verum etiam novas occisum esse, bona quo iure aut quo modo aut qua lege venierint quaero.

44 In quem hoc dicam quaeris Eruci. non in eum
127 quem vis et putas; nam Sullam et oratio mea ab initio et ipsius eximia virtus omni tempore purgavit. 5 ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum civem Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios occisum esse diceret, ut hisce <de> rebus a legatis Amerinorum doceri L. Sullam passus non sit. Denique etiam illud suspicor, omnino 10 haec bona non venisse; id quod postea, si per vos iudices, licitum erit, aperietur. opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant, nimirum Kalendas Iunias. aliquot post menses et homo occisus est et bona venisse dicuntur. profecto 15 aut haec bona in tabulas publicas nulla redierunt, nosque ab isto nebulone facilius eludimur quam putamus, aut si redierunt, tabulae publicae corruptae aliqua ratione sunt; nam lege quidem bona venire non potuisse constat. Intellego me ante tempus iudices, 20 haec scrutari et propemodum errare, qui cum capiti Sex. Rosci mederi debeam, reduviam curem. non enim laborat de pecunia, non ullius rationem sui commodi ducit; facile egestatem suam se laturum putat, si hac 25 indigna suspicione et ficto crimine liberatus sit. Verum quaeso a vobis iudices ut haec pauca quae restant, ita audiat ut partim me dicere pro me ipso putetis,

11 id quod . . . aperietur B

2 modo ω more *Ern. haud male* 6 ut ementiretur *del. Pluy. 1880 p. 373* 7 <Sex.> Roscium *Ern. praeter necessitatem opinor, quoniam ipso infinitivo perfecti fuisse de mortuo agi indicatur* 8 hisce <de> *ed. Ascens. hisce ω his de Steph. 14 nimirum del. Ha.* 20 intellego iudices me ante tempus *(sic) Schol.* 22 reduviam curem *Schol. reduviam ξ redii viam Σ curem Schol. cure ω 103, 1 <pro> Sex. ed. Ven. et Rom. cf. W. A. Baehrens, Philol. suppl. XII 1912 p. 231 sq. qui tamen diversa confundit*

partim Sex. Roscio. quae enim mihi ipsi indigna et intolerabilia videntur, quaeque ad omnis, nisi providemus, arbitror pertinere, ea pro me ipso ex animi mei sensu ac dolore pronuntio; quae ad huius vitam
 5 causamque pertineant, et quid hic pro se dici velit et qua condicione contentus sit, iam in extrema oratione nostra iudices audietis.

Ego haec a Chrysogono mea sponte, remoto Sex. Roscio, quaero, primum quare civis optimi bona venierint, deinde quare hominis eius qui <neque proscriptus> neque apud adversarios occisus est, bona venierint, cum in eos solos lex scripta sit, deinde quare aliquanto post eam diem venierint, quae dies in lege praefinita est, deinde cur tantulo venierint. quae omnia si, quem
 15 admodum solent liberti nequam et improbi facere, in patronum suum voluerit conferre, nihil egerit; nemo est enim qui nesciat propter magnitudinem rerum multa multos privatim imprudente L. Sulla commisisse. placet igitur in his rebus aliquid imprudentia
 20 praeteriri? non placet, iudices, sed necesse est. Etenim si Iuppiter Optimus Maximus cuius nutu et arbitrio caelum terra mariaque reguntur, saepe ventis vehementioribus aut immoderatis tempestatibus aut nimio calore aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes
 25 delevit, fruges perdidit, quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum factum

45
130

131

2 ex *Naug.* et ω 4 vitam causamque *Ri. 1861 p. 7* vitae casum causamque ω 5 pertineant ω -nent *AEb.* 10 *add. Hot.* 11 venierint ξ -ierunt $\Sigma\xi$ 12 cum $\Sigma\xi$ quin ξ 14 deinde ω denique *Ha. cf. Thes. ling. lat. IV 411, 5sq.* cur tantulo venierint *Schol.* 18 privatim *Gar.* partim ω partim <invito, partim> *Mdv. alii alia suppleverunt. sed in sequentibus una notio imprudentiae respicitur* 20 *cf. Rufin. RL 45, 10* et Cicero pro Roscio comparat occupationes Iovis optimi maximi Sullae rebus gestis proprius 25 quorum... putamus *Caesell. Vind. apud Gell. 9, 14, 19. Non. 486, 25* pernicius causa *Char. GL 169, 10 (hinc GL 1, 547, 30)* pernicii *Caesell. Vind. (diserte) Non. pernicie* ω pernicius *Char. (diserte)* 26 et ω *Caesell. Vind. ac Non.*

putamus, at contra commoda quibus utimur, lucem-
 que qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo
 nobis dari atque impertiri videmus, quid miramur
 iudices, L. Sullam cum solus rem publicam regeret
 orbemque terrarum gubernaret imperiique maiestatem 5
 quam armis receperat, legibus confirmaret, aliqua
 animadvertere non potuisse? nisi hoc mirum est, quod
 vis divina adsequi non possit, si id mens humana
 2 adepta non sit. Verum ut haec missa faciam quae
 iam facta sunt, ex iis quae nunc cum maxime fiunt, 10
 nonne quis potest, intellegere omnium architectum
 et machinatorem unum esse Chrysogonum? qui Sex.
 Rosci nomen deferendum curavit [hoc iudicium],
 cuius honoris causa accusare se dixit Erucius...

* * *

In vico Pallacinae *Locus ubi cenaverat Roscius.* — 15
 Maxime metuit *Sullam scilicet.*

Derivat tamen et ait se *id est suspicionem suam
 in alium deducit. hoc enim dicebat Chrysogonus: 'non
 quia timui ne mihi tollerentur bona Roscii, ideo eius
 praedia dissipavi, sed quia aedificabam, in Veientanam 20
 ideo de his transtuli.'*

Manu praedia praediis *Praediis, occasione, quemad-
 modum dicimus: 'fac ad manum illum codicem.'*

Hic ego audire istos cupio *in hoc capite de potentia
 Chrysogoni invidiam facit, ut enumeret singula deli-* 25

2 ab eo... videmus B 9 Verum... Chrysogonum B

1 putamus ω *Caesell. Vind.* putem Non. commoda ε com-
 modis a Σ (i. -dis)^a commodis ε 3 quid miramur iudices
Schol. 4 iudices *Schol. om.* ω 6 legibus *vulgo* tum legi-
 bus Σ cum (vel ut) ε iam l. Cl.; an eam l.? nisi forte mem-
 brum aliquod excidit, quod respondebat membro tum... confir-
 maret 10 his B cum ω om. B ε 11 omnem B 13 del.
*Mdv. Op.*² p. 113 14 lacunam notant nonnulli ex ε, testa-
 tur ex ipso C *Franciscus Barbarus. quantum perierit non li-
 quet; fragmenta ex scholiis sumpta sunt*

ciarum genera, quod habeat plures possessiones, mancipia quae omnia dicit de rapinis ipsum habere.

* * *

.... aptam et ratione dispositam se habere existimant, 46
qui in Sallentinis aut in Brutiis habent, unde vix ter
5 in anno audire nuntium possunt.

Alter tibi descendit de Palatio et aedibus suis; habet 133
animi causa rus amoenum et suburbanum, plura prae-
terea praedia neque tamen ullum nisi praeclarum et
propinquum; domus referta vasis Corinthiis et Deliacis,
10 in quibus est authepsa illa quam tanto pretio nuper
mercatus est, ut qui praetereuntes praeconem nume-
rare audiebant, fundum venire arbitrarentur. quid
praeterea caelati argenti, quid stragulae vestis, quid
pictarum tabularum, quid signorum, quid marmoris
15 apud illum putatis esse? tantum scilicet quantum e
multis splendidisque familiis in turba et rapinis coacer-
vari una in domo potuit. familiam vero quantam et
quam variis cum artificiis habeat, quid ego dicam?
mitto hasce artes vulgaris, coquos pistores lecticarios; 134
20 animi et aurium causa tot homines habet ut cotidiano
cantu vocum et nervorum et tibiaram nocturnisque
conviciis tota vicinitas personet. in hac vita iudices,
quos sumptus cotidianos, quas effusiones fieri putatis,
quae vero convivia? honesta credo in eiusmodi domo,

9 domus... potentem putet (p. 108, 7) B

11 praeconem numerare (sc. pecuniam solvendam) AKI. pe-
cuniam numerare B quid pra^aconum numerare Σ quid praeco
(vel pretium) nuntiare (vel enunt- vel numerare) ς quid praeco
enumeraret Steinmetz quid praeco enuntiaret AEB. praeconem
enuntiare Mo. an pecuniam (vel pretium) numerari? 17 una
in domo ς una in (vi ς) nemo (vel hoc vel venio ς) Cς; nisi
forte quid excidit 19 coquos ς cocos Cς pistores Naug.
pictores ω lecticarios... aurium Schol. 20 homines tot B
22 conviciis Paul, *Studia Ciceroniana, progr. Berolini 1875 p.*
20 conviviis ω ad quam notionem nocturnus minus quadrat

si domus haec habenda est potius quam officina
 135 nequitiae ac deversorium flagitiorum omnium. Ipse
 vero quemadmodum composito et delibuto capillo
 passim per forum volitet cum magna caterva toga-
 torum, videtis, iudices, [et iam videtis, iudices], ut 5
 omnes despiciat, ut hominem prae se neminem putet,
 ut se solum beatum, solum potentem putet. quae vero
 efficiat et quae conetur si velim commemorare,
 vereor iudices nequis imperitior existimet me cau-
 sam nobilitatis victoriamque voluisse laedere; tametsi 10
 meo iure possum, siquid in hac parte mihi non placeat,
 vituperare; non enim vereor, nequis alienum me ani-
 mum habuisse a causa nobilitatis existimet.

47
 136 Sciunt ii qui me norunt, me pro mea tenui infir-
 maque parte, posteaquam — id quod maxime volui 15
 — fieri non potuit ut componeretur, id maxime defen-
 disse, ut ii vincerent qui vicerunt. quis enim erat qui
 non videret humilitatem cum dignitate, de<decus cum>
 amplitudine contendere? quo in certamine periti civis
 erat non se ad eos iungere, quibus incolumibus et domi 20
 dignitas et foris auctoritas retineretur. quae perfecta
 esse et suum cuique honorem et gradum redditum
 gaudeo iudices vehementerque laetor, eaque omnia
 137 deorum voluntate, studio populi Romani, consilio et

17 quis enim... retineretur B

1 quam B₅ om. Σ₅ 2 ac C₅ et ε cf. *Ambr. exp. evang. Luc. 7, 142* (CSE XXXII p. 346, 3) deversoriumque vitiorum
 3 composito ω compto *Bue.* delibuto ε di- C₅ 5 videtis iudices B videtis iudices et invidetis iudices et unum (inium Σ₇ *mg.*) videtis Σ₇ videtis iudices etiam videtis iudices ε; *an vidistis iudices et iam videtis?* 13 a causa <n.> existimet *Schol.* 14 me... infirmaque *Schol.* mea *Mdv.* illa ω *Schol.*
 15 quod maxime volui ω cum m. voluerim *Schol.* 18 de-
 <decus cum> amplitudine *AKI.* de amplitudine ω; dignitate
 de *del. Mdv. Op.² p. 113*; *siquid delendum, malim de ampli-*
tudine deleri; sed vide ne nimis tenuis fiat sermo altero mem-
bro dempto. quamobrem omittend. potius quam addend. pec-
catum esse crediderim

imperio et felicitate L. Sullae gesta esse intellego. quod animadversum est in eos qui contra omni ratione pugnarunt, non debeo reprehendere; quod viris fortibus quorum opera eximia in rebus gerendis exstitit, honos habitus est, laudo. quae ut fierent, idcirco pugnatum esse arbitror meque in eo studio partium fuisse confiteor. sin autem id actum est et idcirco arma sumpta sunt ut homines postremi pecuniis alienis locupletarentur et in fortunas uniuscuiusque impetum facerent, et id non modo re prohibere non licet, sed ne verbis quidem vituperare, tum vero in isto bello non recreatus neque restitutus, sed subactus oppressusque populus Romanus est. Verum longe aliter est; nihil horum est, iudices. non modo non laedetur causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis, verum etiam ornabitur. etenim qui haec vituperare volunt, Chrysogonum tantum posse querunt; qui laudare volunt, concessum ei non esse commemorant. ac iam nihil est quod quisquam aut tam stultus aut tam improbus sit qui dicat: 'vellem quidem liceret; hoc dixissem.' dicas licet. 'hoc fecissem.' facias licet; nemo prohibet. 'hoc decrevissem.' decerne, modo recte; omnes adprobabunt. 'hoc iudicassem.' laudabunt omnes, si recte et ordine iudicaris. dum necesse erat resque ipsa cogebat, unus omnia poterat; qui posteaquam magistratus creavit legesque constituit, sua cuique pro-

11 tum vero . . . Romanus est B 26 sua cuique procuratio B

1 quod . . . in eos *Schol.* 7 sin id actum est idcirco *Schol.* 11 in isto ω isto *Gar.* 12 intactus (*pro* subactus) B 13 verum longe aliter *Schol.* 14 laedetur *Ang.* laeditur ω 16 haec (*sc. non laedi, sed ornari causam nobilitatis*) ω hanc (*sc. nobilitatem*) *Pluy. 1858 p. 203* volunt ξ volent $\Sigma\xi$ 17 laudare volunt *post* commemorant *transp. Eussner, Jahrb. CVII 1873 p. 520 tam sensu bono quam mala clausula. unde fortasse praestat: laudare volunt qui concessum . . . commemorant qui ξ quid Σ 22 decerne ξ decerne * * Σ (eras. -re ut vid. sicut unus ex ξ); *distinxi cum Spe. p. 279**

curatio auctoritasque est restituta. quam si retinere
volunt ii qui recipiarunt, in perpetuum poterunt op-
tinere; sin has caedes et rapinas et hos tantos tamque
profusos sumptus aut facient aut approbabunt — nolo
in eos gravius quicquam ne ominis quidem causa di- 5
cere, unum hoc dico: nostri isti nobiles nisi vigilantes
et boni et fortes et misericordes erunt, iis hominibus
in quibus haec erunt, ornamenta sua concedant ne-
140 cesse est. Quapropter desinant aliquando dicere, male
aliquem locutum esse, siqui vere ac libere locutus sit, 10
desinant suam causam cum Chrysogono communicare,
desinant, si ille laesus sit, de se aliquid detractum
arbitrari, videant ne turpe miserumque sit eos qui
equestrem splendorem pati non potuerunt, servi ne-
quissimi dominationem ferre posse. quae quidem do- 15
minatio iudices, in aliis rebus antea versabatur, nunc
vero quam viam munitet et quod iter adfectet videtis,
ad fidem, ad ius iurandum, ad iudicia vestra, ad id
quod solum prope in civitate sincerum sanctumque
141 restat. Hicne etiam sese putat aliquid posse Chryso- 20
gonus? hic etiam potens esse vult? o rem miseram
atque acerbam! neque mehercules hoc indigne fero,
quod vercar nequid possit, verum quod aususest, quod
speravit sese apud tales viros aliquid <posse> ad per-
49 niciem innocentis, id ipsum queror. Idcircone † ex- 25
pectata nobilitas armis atque ferro rem publicam
reciperavit ut ad libidinem suam liberti servolique
nobilium bona, fortunas vitasque nostras vexare

1 retinere volunt ω recte tenere volent *Ri. 1861 p. 7*
5 ominis *Man. hominis ω* 17 quam viam munitet et quod
iter adfectet *poetam sapere sensit Gru. cf. Fle. Jahrb. CXLV*
1892 p. 211 et quod ω quo *Boemoraeus ut versus fiat sep-*
tenarius 21 hic s hic ** Σ unde *Cl. hicne parum proba-*
biliter 23 quod <sibi> visus est *Ri. 1861 p. 7* 24 *add. vulgo;*
<valiturum> *Ha.* 25 expectata ω experrecta *Ang. expetita*
He. p. 12; an exercita vel expedita? 28 vitasque nostras
Luterbacher, Jahresber. phil. Ver. 1906 p. 223 vestrasque nostras
Σ vestras atque nostras s nostras *Gar.*

possent? si id actum est, fateor me errasse qui hoc 142
 maluerim, fateor insanisse qui cum illis senserim;
 tametsi inermis iudices, sensi. sin autem victoria
 nobilium ornamento atque emolumento rei publicae
 5 populoque Romano debet esse, tum vero optimo et
 nobilissimo cuique meam orationem gratissimam esse
 oportet. quodsiquis est qui et se et causam laedi putet,
 cum Chrysogonus vituperetur, is causam ignorat, se
 ipsum probe novit; causa enim splendidior fiet, si
 10 nequissimo cuique resistetur, ille improbissimus Chry-
 sogoni fautor, qui sibi cum illo rationem communi-
 catam putat, laeditur, cum ab hoc splendore causae
 separatur.

Verum haec omnis oratio, ut iam ante dixi, mea 143
 15 est, qua me uti res publica et dolor meus et istorum
 iniuria coegit; Sex. Roscius horum nihil indignum
 putat, neminem accusat, nihil de suo patrimonio queri-
 tur; putat homo imperitus morum, agricola et rusticus,
 ista omnia quae vos per Sullam gesta esse dicitis,
 20 more lege iure gentium facta; culpa liberatus et cri- 144
 mine nefario solutus cupit a vobis discedere; si hac
 indigna suspitione careat, animo aequo se carere suis
 omnibus commodis dicit; rogat oratque te, Chryso-
 gone, si nihil de patris fortunae amplissimis in suam
 25 rem convertit, si nulla in re te fraudavit, si tibi op-
 tima fide sua omnia concessit adnumeravit adpendit,
 si vestitum quo ipse tectus erat anulumque de digito
 suum tibi tradidit, si ex omnibus rebus se ipsum
 nudum neque praeterea quicquam exceperit, ut sibi per

10 ille ... communicatam putat B 18 putat (-et cod.) ...
 rusticus B

1 hoc ω haec Halbertsma, *Adversaria critica* 1896 p. 139
 3 <ut> tametsi *Pluy.* 1858 p. 214 9 probe *Mdv. Op.*² p. 102
 prope non ω 12 splendore ω splendor *Ri.* 1861 p. 7 16 Sex.
*Mdv. Op.*² p. 111 sed ω 23 rogat ... Chrysogone et cetera
Aquila RL 23, 10 rogat ... Chrysogone *Rufin. RL* 43, 8 (propter
 ironiam uterque) 27 de digito *Boeromaeus* deditos ω

50 te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate
 145 degere. 'Praedia mea tu possides, ego aliena miseri-
 cordia vivo; concedo, et quod animus aequus est, et
 quia necesse est. mea domus tibi patet, mihi clausa
 est; fero. familia mea maxima tu uteris, ego servum 5
 habeo nullum; patior et ferendum puto.' quid vis am-
 plius? quid insequeris, quid oppugnans? qua in re tuam
 voluntatem laedi a me putas? ubi tuis commodis offi-
 cio? quid tibi obsto? si spoliatorum causa vis hominem
 occidere, spoliasti; quid quaeris amplius? si inimi- 10
 citiarum, quae sunt tibi inimicitiae cum eo cuius ante
 praedia possedisti quam ipsum cognosti? si metuis
 ab eone aliquid metuis quem vides ipsum ab se tam
 atrocem iniuriam propulsare non posse? sin <quod>
 bona quae Rosci fuerunt, tua facta sunt, idcirco hunc 15
 illius filium studes perdere, nonne ostendis id te vereri
 quod praeter ceteros tu metuere non debeas, nequando
 146 liberis proscriptorum bona patria reddantur?

Facis iniuriam Chryso-gone, si maiorem spem emp-
 tionis tuae in huius exitio ponis quam in iis rebus 20
 quas L. Sulla gessit. quodsi tibi causa nulla est cur
 hunc miserum tanta calamitate adfici velis, si tibi
 omnia sua praeter animam tradidit nec sibi quicquam
 paternum ne monumenti quidem causa clam reser-
 vavit, per deos immortales, quae ista tanta crudelitas 25
 est, quae tam fera immanisque natura? quis um-
 147 quam praedo fuit tam nefarius, quis pirata tam bar-
 barus, ut cum integram praedam sine sanguine ha-

26 quae ista (*sic*) ... mallet? B

3 est et *Ang.* esset ω 5 maxima tu ξ maximat Σ maxima
 ξ 12 si *Mdv.* sin ω metuis ω (*genetivum defendit Fle. Kri-*
tische Miscellen 1864 p. 43 cl. Gell. 4, 16, 1) metus *Mdv.* 13 ab ...
 metuis (-it *cod.*) *Arus. GL VII 492, 10 (propter metuo ab)* 14 *add.*
Naug. 15 <Sex.> Rosci *Ri. 1861 p. 7 sed cf. 127 p. 102, 7*
 17 debeas ξ debēs^a Σ unde debes *potius quam debebas conie-*
cerim 20 iis ξ his $\Sigma\xi$ 23 praeter ξ propter $\Sigma\xi$ 24 causa

bere posset, cruenta spolia detrahere mallet? Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil posse, nihil umquam contra rem tuam cogitasse, et tamen oppugnans eum quem neque metuere potes neque odisse debes nec
 5 quicquam iam habere reliqui vides, quod ei detrahere possis; nisi hoc indignum putas quod vestitum sedere in iudicio vides, quem tu e patrimonio tamquam e naufragio nudum expulisti. quasi vero nescias hunc et ali et vestiri a Caecilia Balearici filia Nepotis sorore,
 10 spectatissima femina, quae cum patrem clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimum fratrem haberet, tamen cum esset mulier, virtute perfecit, ut quanto honore ipsa ex illorum dignitate adficeretur, non minora illis ornamenta ex sua laude redderet.

15 An quod diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? mihi crede, si pro patris huius hospitii et gratia vellent omnes huic hospites adesse et auderent libere defendere, satis copiose defenderetur; sin autem pro magnitudine iniuriae proque eo quod
 20 summa res publica in huius periculo temptatur, haec omnes vindicarent, consistere mehercule vobis isto in loco non liceret. Nunc ita defenditur non sane ut moleste ferre adversarii debeant, neque ut se potentia superari putent. quae domi gerenda sunt, ea per
 25 Caeciliam transiguntur, fori iudicii que rationem <M.> Messalla, ut videtis iudices, suscepit; qui si iam satis aetatis ac roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret; quoniam ad dicendum impedimento est aetas et pudor,

8 quasi vero ... redderet B

clam reservavit ξ causa clare servavit $\Sigma\xi$ 28 sine sanguine del. Kan, Mnem. N. S. XVIII 1890 p 365

2 nihil audere del. A. Eussner l. 1 p. 521 9 Balearici Man. baliaris ω Balearici ... sorore del. Gar. quasi iam praecepta 27 p. 60, 27 sed hic propter sequentia patris fratrisque significatio aptissima videtur 12 quanto<quanto> Pluy 1880 p. 373

16 huius ω eius Naug. 16 hospitii ed. Ven. hospitii ω huic AEb. huius ω [huius hospites] Pluy. 1880 p. 374 25 add. Gar. massala ω

qui ornat aetatem, causam mihi tradidit, quem sua causa cupere ac debere intellegebat, ipse assiduitate consilio auctoritate diligentia perfecit, ut Sex. Rosci vita erepta de manibus sectorum sententiis iudicum permitteretur. Nimirum iudices, pro hac nobilitate pars maxima civitatis in armis fuit; haec acta res est ut ii nobiles restituerentur in civitatem qui hoc facerent, quod facere Messallam videtis, qui caput innocentis defenderent, qui iniuriae resisterent, qui quantum posent in salute alterius quam in exitio mallent ostendere; quod si omnes qui eodem loco nati sunt facerent, et res publica ex illis et ipsi ex invidia minus laborarent.

52
150

Verum si a Chrysogono iudices, non impetramus ut pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat, si ille adduci non potest, ut cum ademerit nobis omnia quae nostra erant propria, ne lucem quoque hanc quae communis est eripere cupiat, si non satis habet avaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitati sanguis praebitus sit, unum perfugium iudices, una spes reliqua est Sex. Roscio, eadem quae rei publicae, vestra pristina bonitas et misericordia. quae si manet, salvi etiam nunc esse possumus; sin ea crudelitas quae hoc tempore in re publica versata est, vestros quoque animos — id quod fieri profecto non potest — duriores acerbioresque reddit, actum est, iudices; inter feras satius est aetatem degere quam in hac tanta immani-

2 causa . . . permitteretur B 23 sin . . . sectorum existimetur (v. 113, 11) B

2 cupere <perinde> ac debere<m> *Deiaruelle, Rev. de Philol. XXXIV 1910 p. 240* 6 ut ii *Mdv.* uti ω 8 messallam ω
11 sunt ε sint Σς 19 crudelitati sanguis praebitus *Mdv. Op.* p. 103* crudelitate sanguinis praeditus ω crudelitati sanguine perlitatum *coni. Cl. cf. Liv. 3, 54, 4* dandus invidiae est sanguis
21 eadem quae *Naug.* eademque ω 24 in re p. *ed. Mediol.* in rem p. ω 26 reddit Σς reddidit ε inter . . . degere *Arus. GL VII 468, 1* (propter degere aetatem)

tate versari. Ad eamne rem vos reservati estis, ad
 eamne rem delecti ut eos condemnaretis quos sec- 151
 tores ac sicarii iugulare non potuissent? solent hoc
 boni imperatores facere, cum proelium committunt,
 5 ut in eo loco quo fugam hostium fore arbitrentur,
 milites collocent, in quos siqui ex acie fugerint, de
 improviso incidant. nimirum similiter arbitrantur isti
 vos hic talis viros sedere qui excipiat eos qui de
 suis manibus effugerint. di prohibeant iudices, ne hoc
 10 quod maiores consilium publicum vocari voluerunt,
 praesidium sectorum existimetur! an vero iudices vos 152
 non intellegitis nihil aliud agi nisi ut proscriptorum
 liberi quavis ratione tollantur, et eius rei initium in
 vestro iure iurando atque in Sex. Rosci periculo
 15 quaeri? dubium est ad quem maleficium pertineat,
 cum videatis ex altera parte sectorem inimicum si-
 carium eundemque accusatorem hoc tempore ex altera
 parte egentem probatum suis filium, in quo non modo
 culpa nulla, sed ne suspicio quidem potuit consistere?
 20 numquid hic aliud videtis obstare Roscio nisi quod
 patris bona venierunt?

Quodsi id vos suscipitis et eam ad rem operam 53
 vestram profitemini, si idcirco sedetis ut ad vos addu- 153
 cantur eorum liberi quorum bona venierunt, cavete
 25 per deos immortales iudices, ne nova et multo cru-
 delior per vos proscriptio instaurata esse videatur.
 illam priorem quae facta est in eos qui arma capere
 potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, nequid
 acrius quam more maiorum comparatum, publico con-

27 illam . . . animis amittimus B

3 iuculare et potuisset B 6 collocentur B 9 ne *Whitte*
 ut ω quod frustra defendit A. *Draeger, Philol. XXIV 1866 p. 587*
 11 an vero iudices *Schol.* 12 intellegitis ς -getis $\Sigma\varsigma$
 20 numquid ω nam quid *Krue. p. 210* hic . . . Roscio ω huic . . .
 [Roscio] *Mdv.* hic . . . <Sex.> Roscio *Ha.* 22 eam ad rem *Gul.*
 eadem rem ω ea de re *Reid* 29 comparatum <est> *ed. Rom.*

Cic.

silio factum videretur, hanc vero quae ad eorum liberos atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio a vobis reicitis et aspernamini, videte per deos immortales quem in locum rem publicam perventuram putetis!

5

1 Homines sapientis et ista auctoritate et potestate praeditos qua vos estis, ex quibus rebus maxime res publica laborat, iis maxime mederi convenit. vestrum nemo est quin intellegat populum Romanum, qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. hanc tollite ex civitate iudices, hanc pati nolite diutius in hac re publica versari. quae non modo id habet in se mali quod tot cives atrocissime sustulit, verum etiam hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine 15 incommodorum. nam cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

5 perventuram ω venturam *Ha. cl. dom. 92 p. 89, 11. Sest. 47 p. 189, 13* 6 homines sapientes *Schol.* homines sapientissimos iudices (*sic*) quibus rebus . . . convenit *Arus. GL VII 492, 10 (propter medeor illis rebus)* 7 maxime . . . maxi- *om. Arus. cod.* 8 his B 14 verum etiam *Schol.* 16 homines (*pro horis*) aliqui B

M. TULLI CICERONIS PRO Q. ROSCIO COMOEDO ORATIO

SIGLA

- ω = codices omnes i. archetypus a Poggio scriptus
 Ω = cod. Laur. plut. XLVIII 26
 ψ = codices plerique
 ξ = codices nonnulli

NOTAE

Ang. = Angelius
Bai. = Baiter
Ber. = Beroaldus
Cam. = Camerarius
Cl. = Clark
Ern. = Ernesti
Gar. = Garatoni
Gul. = Gullielmius
Ha. = Halm
Hot. = Hotomannus
Kay. = Kayser
AKl. = A. Klotz
RKl. = R. Klotz
Mdv. = N. Madvig. 1873. 1884
 = *Adversaria critica* I. III
Man. = Manutius
Mo. = Mommsen

Mue. = C. F. W. Mueller
Naug. = Naugerius
Or. = Orelli
Pluy. = Pluygers, *Mnem.* VII
 1858 p. 197sq. *Mnem.* N. S.
 VIII 1880 p. 368sq.
Rinkes = S. H. Rinkes, *Mnem.*
 VIII 1859 p. 437—453
Schue. = Schuetz
Ste. = Sternkopf, *Jahrb.* CLI
 1895 p. 41—56
Sylv. = Sylvius
Turn. = A. Turnebus
Zie. = Th. Zielinski, *Das Clau-*
selgesetz in Ciceros Reden
 1904

* * * * malitiam naturae crederetur. is scilicet vir op-¹
 timus et singulari fide praeditus in suo iudicio suis¹
 tabulis testibus uti conatur. solent fere dicere qui per
 tabulas hominis honesti pecuniam expensam tulerunt:
 5 'egone talem virum corrumpere potui, ut mea causa
 falsum in codicem referret?' expecto quam mox Chae-

1 is ω iste *Gar.* 3 qui ψ ipsi Ω 4 hominis *Sylv.* ho-
 mines ω honesti *Man.* // // // // // citi ω ; solent fere dicere ho-
 mines, qui per tabulas alterius alicui pecuniam expensam tule-
 runt *coni. E. Lohsee, Tulliana Progr. Berolini 1890 p. 4*
 6 referret ψ referret Ω

rea hac oratione utatur: 'egone hanc manum plenam perfidiae et hos digitos meos impellere potui ut falsum perscriberent nomen?' quodsi ille suas proferet tabulas, proferet suas quoque Roscius. erit in illius tabulis
 2 hoc nomen, et huius non erit. cur potius illius quam 5 huius credetur? — scripsisset ille, si non iussu huius expensum tulisset? — non scripsisset hic quod sibi expensum ferri iussisset? nam quemadmodum turpe est scribere quod non debeat, sic improbum est non referre quod debeas. aequae enim tabulae con- 10 demnantur eius qui verum non rettulit, et eius qui falsum perscripsit. Sed ego copia et facultate causae confisus vide quo progrediar. si tabulas C. Fannius accepti et expensi profert suas in suam rem suo arbitratu scriptas, quominus secundum illum iudicetis non 15
 3 recuso. quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut quodcumque rettulisset, id ratum haberet? ratum habebit Roscius; profer; quod tibi fuerit persuasum, huic erit persuasum, quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. paulo ante M. Perpennae P. Saturi 20 tabulas poscebamus, nunc tuas C. Fanni Chaerea solius flagitamus, et quominus secundum eas lis detur
 4 non recusamus: Quid ita non profers? non conficit tabulas? immo diligentissime, non refert parva nomina in codices? immo omnes summas. leve et tenue hoc 25 nomen est? HS CCCICCC sunt. quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria iacet? quomodo HS CCCICCC in codice accepti et expensi non sunt? pro di immortales! essene quemquam tanta audacia praeditum, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat, 30

1 plenam perfidiae *del. Ern.* 3 perscriberent *Man.* -berem
 ω proferret Ω 4 proferet ψ proferrat Ω 5 <in> huius
Sylv. 6 credetur? scripsisset *Man.* crederetur scripsisse ω
 8 ferri *Naug.* ferre ω quod tuetur *Cl. cl. leg. agr.* 2, 28 iubet
 ferre (*ferri Man.*) de his legem curiatam 14 profert ω pro-
 feret *Lb. probabiliter* 21 Chaerea *Sylv.* chere ω 23 recu-
 saŕurmus Ω conficit Ω¹ conficit Ω^c ψ 26 est *om.* ε
vulgo HS *om.* Ω¹ CCCICCC *Naug.* CCCLIII ω; *ita semper.*

quod in codicem iniuratus referre noluerit, id iurare in litem non dubitet, quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conetur!

Nimum cito ait me indignari de tabulis; non habere
 5 se hoc nomen in codicem accepti et expensi relatum
 confitetur, sed in adversariis patere contendit. usque
 eone te diligis et magnifice circumspicis ut pecuniam
 non ex tuis tabulis, sed adversariis petas? suum co-
 dicem testis loco recitare arrogantiae est; suarum per-
 10 scriptionum et liturarum adversaria proferre non
 amentia est? quodsi eandem vim diligentiam auctori-
 tatemque habent adversaria quam tabulae, quid attinet
 codicem instituere, conscribere, ordinem conservare,
 memoriae tradere litterarum vetustatem? sed si quod
 15 adversariis nihil credimus, idcirco codicem scribere in-
 stituimus, quod etiam apud omnis leve et infirmum
 est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur?
 quid est quod neglegenter scribamus adversaria? quid
 est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa?
 20 quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae; haec
 delentur statim, illae servantur sancte; haec parvi tem-
 poris memoriam, illae perpetuae existimationis fidem
 et religionem amplectuntur; haec sunt diseicta, illae
 sunt in ordinem confectae. itaque adversaria in iu-
 25 dicio protulit nemo; codicem protulit, tabulas re-
 citavit. Tu C. Piso tali fide virtute gravitate auctori-
 tate ornatus, ex adversariis pecuniam petere non aude-
 res. ego quae clara sunt consuetudine, diutius dicere

1 iniuratus ς iuratus (-ans Ω^1) ψ noluerit *Cl.* noluit Ω
 nolit *Lb. mg.* 5 codicem *Ber.* codice ω 8 sed <ex> *Sylv.*
sed recte confert Mue. p. XXII Verr. 2, 14 apud perpaucos ho-
 mines, non civitates. 4, 120 quasi ad ea defendenda cum exer-
 citu, non oppugnanda venisset adversariis ς -rii ψ
 16 etiam ω tam *Pluy. 1858 p. 207 del. Zie.* 17 ducetur *ed.*
Rom. duceretur ω 20 haec .. menstrua ς hae .. menstruae
 ψ aeternae ς alternae ψ 20 et 21 haec ς hae ψ
 23 amplectuntur ς -titur ψ haec ς hae ψ diseicta *Hot.*
 delectae ω 24 sunt *del.* ς *Naug.*

non debeo; illud vero quod ad rem vehementer pertinet quaero: quam pridem hoc nomen Fanni in adversaria rettulisti? erubescit, quid respondeat nescit, quid fingat extemplo non habet. Sunt duo menses iam, dices. tamen in codicem accepti et expensi <referri> 5 debuit. Amplius sunt sex menses. cur tam diu iacet hoc nomen in adversariis? Quid si tandem amplius triennium est? quomodo cum omnes qui tabulas conficiant menstruas paene rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triennium amplius in adversariis iacere 10 pateris? Utrum cetera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes an non? si non, quomodo tabulas conficis? si etiam, quamobrem cum cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in adversariis relinquebas? 15 nolebas sciri debere tibi Roscium; cur scribebas? rogatus eras ne referres; cur in adversariis scriptum habebas?

Sed haec quamquam firma esse video, tamen ipse mihi satis facere non possum, nisi a C. Fannio ipso 20 testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. magnum est quod conor, difficile est quod polliceor; nisi eundem et adversarium et testem habuerit Roscius, 4 nolo vincat. Pecunia tibi debebatur certa quae nunc 10 petitur per iudicem, in qua legitimae partis sponsio 25 facta est. hic tu si amplius HS nummo petisti quam tibi debitum est, causam perdidisti, propterea quod aliud est iudicium, aliud est arbitrium. iudicium est pecuniae certae, arbitrium incertae; ad iudicium hoc modo venimus ut totam litem aut obtineamus aut 30 amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus ut neque nihil neque tantum quantum postulavimus consequa-

4 extemplo ς Ber. exemplo ψ 5 tamen ς tum ψ accepti et expensi Turn. acceptum et expensum ω add. ς
 8 conficiunt Lb. 12 digesta Ω^1 et digesta $\Omega^2 \psi$ unde <relata> et d. Ha. parum commode 24 debebatur Naug.
 debeatur ω 31 amittamus ς Ber. omitt- ω 32 postulavimus ω -larimus conl. Muc.

mur. Ei rei ipsa verba formulae testimonio sunt. quid 11
 est in iudicio? directum asperum simplex: SI PARET
 HS ΙΟΟΟ DARI —. hic nisi planum facit HS ΙΟΟΟ
 ad libellam sibi deberi, causam perdit. quid est in
 5 arbitrio? mite moderatum: QUANTUM AEQUIUS ET MELIUS
 SIT DARI —. Ille tamen confitetur plus se petere quam
 debeatur, sed satis superque habere dicit quod sibi
 ab arbitro tribuatur. Itaque alter causae confidit, alter
 diffidit. quae cum ita sint, quaero abs te quid ita 12
 10 de hac pecunia, de his ipsis HS ΙΟΟΟ [de] tuarum
 tabularum fide compromissum feceris, arbitrum sump-
 seris, quantum aequius et melius sit dari repromittique,
 sic petieris. Quis in hanc rem fuit arbiter? utinam
 is quidem Romae esset! Romae est. utinam adesset
 15 in iudicio! adest. utinam sederet in consilio C. Pisonis!
 ipse C. Piso est. Eundemne tu arbitrum et iudicem
 sumebas? eidem et infinitam largitionem remittebas
 et eundem in angustissimam formulam sponsionis con-
 cludebas? quis umquam ad arbitrum quantum petiit,
 20 tantum abstulit? nemo; quantum enim aequius esset
 sibi dari petiit. de quo nomine ad arbitrum adisti, de
 eo ad iudicem venisti! ceteri cum ad iudicem causam 13
 labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt, hic
 ab arbitro ad iudicem venire est ausus! qui cum de
 25 hac pecunia tabularum fide arbitrum sumpsit, iudi-
 cavit sibi pecuniam non deberi.

Iam duae partes causae sunt confectae; adnume-

1 ei *Mue.* eius ω 2 directum *Mue.* di- ω paret *Lb.*
 peteret ω 3 ΙΟΟΟ *Naug.* LIII ω, ita semper dari <opor-
 tere> *Hof.* 4 libellam *Ber.* libellum ω perdidit *coni. Mue.*
 5 quantum *Man.* quanto ω 6 sit *Man.* id ω dari Ω
 clarius ψ tamen ω autem *Rinkes 1859 p. 446* 7 sed ω scilicet
Rinkes 10 *del. Bai.* 12 quantum *Man.* quanto ω
 re[pro]mittite *Ste. 1895 p. 56* 13 sic petieris *Mo.* si peieres
 ω si pareret (pareat *Cl.*) *Lb.* 14 utinam ε nam utinam ψ
 17 eidem *Ang.* idem ω 18 eundem *del. Pluy. 1858 p. 257*
non male 19 petiit ε petit ψ 21 dari ε pari ψ petiit
Man. petit ω 22 ad iudicem (*altero loco*) Ω 25 iudi-
 cavit ω indicavit *Lb.* 27 adnumerasse *Cam.* adulterasse ω

rasse sese negat, expensum tulisse non dicit, cum tabulas non recitat. Reliquum est ut stipulatum se esse dicat; praeterea enim quemadmodum certam pecuniam
 5 petere possit non reperio. Stipulatus es — ubi quo die quo tempore quo praesente? quis spondisse me
 14 dicit? nemo. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei et diligentiae meae, satis causae et controversiae, satis formulae et sponsioni, satis etiam iudici fecisse videar, cur secundum Roscium iudicari debeat. pecunia petita est certa; cum tertia parte sponsio facta
 10 est. haec pecunia necesse est aut data aut expensa lata aut stipulata sit. datam non esse Fannius confitetur, expensam latam non esse codices Fanni confirmant, stipulatam non esse taciturnitas testium
 15 cedit. Quid ergo est? quod et reus is est cui et pecunia levissima et existimatio sanctissima fuit semper, et iudex est is quem nos non minus bene de nobis existimare quam secundum nos iudicare velimus, et advocatio ea est quam propter eximium splendorem ut iudicem mutum vereri debeamus, perinde acsi in
 20 hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa et comprehensa sint, perinde dicemus. illa superior fuit oratio necessaria, haec erit voluntaria, illa ad iudicem, haec ad C. Pisonem, illa pro reo, haec pro Roscio,
 25 illa victoriae, haec bonae existimationis causa comparata.

6 Pecuniam petis Fanni, a Roscio. quam? dic audacter
 16 et aperte. utrum <quae> tibi ex societate debeatur an quae ex liberalitate huius promissa sit et ostentata? 30
 quorum alterum est gravius et odiosius, alterum levius et facilius. Quae ex societate debeatur? quid ais? hoc

10 cum ω in *Rinkes 1859 p. 450* cuius *Huschke* 15 reus is *Man.* res eius ω cui *Man.* cuius ω 20 mutum *Mue.* unum ω *Minoem Paul, Studia Ciceroniana Progr. Berolini 1875 p. 14* 23 perinde *del. Naug.* 29 add. ϵ 31 alterum (*alterum*) ψ et alt. Ω lenius Ω^1

iam neque leviter ferendum est neque neglegenter defendendum. siqua enim sunt privata iudicia summae existimationis et paene dicam capitis, tria haec sunt, fiduciae tutelae societatis. aequae enim perfidiosum et nefarium est fidem frangere quae continet vitam, et pupillum fraudare qui in tutelam pervenit, et socium fallere qui se in negotio coniunxit. Quae cum ita sint, quis sit qui socium fraudarit et fefellerit consideremus; dabit enim nobis iam tacite vita acta in alterutram partem firmum et grave testimonium. Q. Roscius? quid ais? nonne ut ignis in aquam coniectus continuo restinguitur et refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam et castissimam vitam [collatum] statim concidit et exstinguitur? Roscius socium fraudavit! potest hoc homini huic haerere peccatum? qui medius fidius — audacter dico — plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinae possidet in se, quem populus Romanus meliorem virum quam histrionem esse arbitratur, qui ita dignissimus est scaena propter artificium, ut dignissimus sit curia propter abstinentiam. Sed quid ego ineptus de Roscio apud Pisonem dico? ignotum hominem scilicet pluribus verbis commendo, estne quisquam omnium mortalium de quo melius existimes tu? estne quisquam qui tibi purior pudentior humanior officiosior liberaliorque videatur? quid? tu Saturi qui contra hunc venis, existimas aliter? nonne quotienscumque in causa in nomen huius incidisti, totiens hunc et virum bonum esse dixisti et honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo amicissimo facere consuevit. qua in re mihi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem et laederes et laudares, et virum optimum et hominem improbissimum esse diceres. eundem tu et honoris causa appellabas et virum primum esse dicebas, et so-

8 quis ς quid ψ 13 del. Mdv. 1884 p. 112 24 tu s. v.
 Ω unde fortasse abiciendum est

cium fraudasse arguebas? Sed ut opinor laudem veritati tribuebas, crimen gratiae concedebas; de hoc ut existimabas praedicabas, Chaereae arbitrato causam agebas.

- 7 Fraudavit Roscius! est hoc quidem auribus animisque hominum absurdum. quid si tandem aliquem timidum dementem divitem inertem nactus esset qui experiri non posset? tamen incredibile esset. Verum tamen quem fraudarit videamus. C. Fannium Chaeream Roscius fraudavit! oro atque obsecro vos qui nostis, vitam inter se utriusque conferte, qui non nostis, faciem utriusque considerate. nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare calliditatem videntur? non ab imis unguibus usque ad verticem summum, siquam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude fallaciis mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite et superciliis semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habere dicatur; cuius personam praeclare Roscius in scaena tractare consuevit, neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur. nam Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit, agit Chaeream; persona illa lutulenta impura invisa in huius moribus natura vitaeque est expressa. qui quamobrem Roscium similem sui in fraude et malitia existimarit <mirum> mihi videtur, nisi forte quod praeclare hunc imitari se in persona lenonis animadvertit. Quamobrem etiam atque etiam considera C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium! quid est hoc?

5 quidem ψ primum quidem Ω^e quidem primum ς 6 hominum ω omnium *Mo.* tandem ω tamen *Ste. 1895 p. 56 probabiliter* 7 ut supra ψ divitem timidum dementem divitem inertem ς experiri ς -ire ψ 10 <eos> nostis *coni. Cl.* 13 abrasa ψ adrasa Ω^1 ς 14 non ψ nonne ς 18 rasis ψ rasus ς *Ern.* 22 cum agit *sc. in Pseudolo Plautina* 26 <mirum> mihi videtur *Mdv. (nisi forte praestat mihi <mirum>) mihi videtur* ω nihil v. *Naug.* nihil video *Pluy. 1880 p. 374* mihi <vix> videtur *Cl.*

probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis avidum? incredibile est. Quemadmodum si Fannius Roscium fraudasse diceretur, utrumque ex utriusque persona veri simile
 5 videretur, et Fannium per malitiam fecisse, et Roscium per imprudentiam deceptum esse, sic cum Roscius Fannium fraudasse arguatur, utrumque incredibile est, et Roscium quicquam per avaritiam appetisse, et Fannium quicquam per bonitatem amisisse.

10 Principia sunt huiusmodi; spectemus reliqua. HS ⁸₂₂ 1000 Q. Roscius fraudavit Fannium. qua de causa? subridet Saturius, veterator ut sibi videtur; ait propter ipsa HS 1000. video: sed tamen cur ipsa HS 1000 tam vehementer concupierit quaero; nam tibi M. Perpenna C. Piso, certe tanti non fuissent ut socium fraudaretis. Roscio cur tanti fuerint causam requiro. Egebat? immo locuples erat. Debebat? immo in suis nummis versabatur. Avarus erat? immo etiam ante quam locuples, semper liberalissimus munificentissimusque fuit. Pro deum hominumque fidem! qui HS ²³ 10000 CCC1000 quaestus facere noluit — nam certe HS 10000 CCC1000 merere et potuit et debuit, si potest Dionysia HS CCC1000 CCC1000 merere —, is per summam fraudem et malitiam et perfidiam HS 1000
 25 appetiit? et illa fuit pecunia immanis, haec parvula, illa honesta, haec sordida, illa iucunda, haec acerba, illa propria, haec in causa et in iudicio collocata. Decem his annis proximis HS sexagiens honestissime consequi potuit; noluit. laborem quaestus recepit, quaestum laboris reiecit; populo Romano adhuc servire

9 per bonitatem *Man.* per se bonitate ω 15 <tibi> C. Piso *Cl.* fuissent *Turn.* fuisset ω 16 fuerint *Turn.* fuerit ω 18 nummis ς *Naug.* summis ψ nummis <multis> *Pluy.* 1858 p. 207 19 locuples <esset> *Ha.* 21 et 22 10000 CCC1000 *AKI. Schuetzium secutus* CCCLIII CCCLIII CCCLIII ω CCC1000 CCC1000 CCC1000 *Naug.* qua summa ratio v. 23 turbatur 23 CCC1000 CCC1000 *Naug.* CCCLIII CCCLIII ω 29 quaestum *Ber.* quaestus ω

24 non destitit, sibi servire iam pridem destitit. Hoc tu
 umquam Fanni faceres? et si hos quaestus recipere
 posses, non eodem tempore et gestum et animam age-
 res? dic nunc te ab Roscio HS 1000 circumscriptum
 esse qui tantas et tam infinitas pecunias non propter 5
 inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberali-
 tatis repudiarit! Quid ego nunc illa dicam quae vobis
 in mentem venire certo scio? fraudabat te in societate
 Roscius! sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus
 constitutae, nequis aut in genere iniuriae aut ratione 10
 actionis errare possit. expressae sunt enim ex unius-
 cuiusque damno dolore incommodo calamitate iniuria
 publicae a praetore formulae, ad quas privata lis ac-
 commodatur. Quae cum ita sint, cur non arbitrum
 9
 25 pro socio adegeris Q. Roscium quaero. formulam non 15
 noras? notissima erat. iudicio gravi experiri nolebas?
 quid ita? propter familiaritatem veterem? cur ergo
 laedis? propter integritatem hominis? cur igitur in-
 simulas? propter magnitudinem criminis? itane vero?
 quem per arbitrum circumvenire non posses, cuius de 20
 ea re proprium non erat iudicium, hunc per iudicem
 condemnabis, cuius de <ea> re nullum est arbitrium?
 quin tu hoc crimen aut obice ubi licet agere, aut iacere
 noli ubi non oportet. Tametsi iam hoc tuo testimonio
 crimen sublatum est. nam quo tu tempore illa for- 25
 mula uti noluisti, nihil hunc in societatem fraudis fe-
 cisse iudi * * * * * tionem. Tabulas habet an
 non? si non habet, quemadmodum pactio est? si habet,
 26 cur non nominas? Dic nunc Roscium abs te petisse

2 et *Turn.* sed ω 10 aut <in> ratione ς *Lb.* 13 publi-
 cae *Naug.* publica hae ω 19 magnitudinem *Man.* egritudi-
 nem ω 21 non *del. Man.* sed cuius ad arbitrum spectat
 hunc *Man.* nunc ω 22 *add. Man.* 23 iacere *Man.* tacere ω
 24 iam *om.* Ω 26 societatem *Ber.* -ate ω 27 iuditionem Ω
 iuditionem ψ ; quid perierit non liquet; iudi<casti probabiliter
 suppletur; iudicasti. dic enim *Cl. vix latine* 27 et (bis) 28
 habet (*sc. Roscius*) ω habes *Menardus (idem et testes pro tabu-*
las Ste. p. 56) quod non convenit cum verbis cur non nominas?

ut familiarem suum sumeres arbitrum! non petiit. dic
 pactionem fecisse ut absolveretur! non pepigit. quaere
 quare sit absolutus! quod erat summa innocentia et
 integritate. quid enim factum est? venisti domum ultro
 5 Rosci, satis fecisti; quod temere commisisti in iudi-
 cium ut denuntiaret, rogasti ut ignosceret; te affuturum
 negasti, debere tibi ex societate nihil clamitasti. iudici
 hic denunciavit; absolutus est. tamen fraudis ac furti
 mentionem facere audes? perstat in impudentia. 'pac-
 10 tionem enim' inquit 'mecum fecerat.' idcirco videlicet
 ne condemnaretur. quid erat causae cur metueret ne
 condemnaretur? — res erat manifesta, furtum erat
 apertum.

Cuius rei furtum factum erat? exorditur magna cum 27
 15 expectatione veteris histrionis exponere societatem.
 'Panurgus' inquit 'fuit Fanni; is fit ei cum Roscio com- 10
 munis.' hic primum questus est non leviter Saturius
 communem factum esse gratis cum Roscio qui pretio
 proprius fuisset Fanni. largitus est scilicet homo li-
 20 beralis et dissolutus et bonitate affluens Fannius Ro-
 scio. sic puto. quoniam ille hic constitit paulisper, mihi 28
 quoque necesse est paulum commorari. Panurgum tu
 Saturi, proprium Fanni dicis fuisse. at ego totum Rosci
 fuisse contendo. quid erat enim Fanni? corpus. quid
 25 Rosci? disciplina. facies non erat, ars erat pretiosa.
 ex qua parte erat Fanni, non erat HS ΙΚΚΚ ∞ qua parte
 erat Rosci, amplius erat HS CCCΙΚΚΚ ΙΚΚΚ; nemo enim
 illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio
 comico aestimabat; nam illa membra merere per se
 30 non amplius poterant duodecim aeris, disciplina, quae
 erat ab hoc tradita, locabat se non minus HS CCCΙΚΚΚ ΙΚΚΚ

5 in *del. Lb.* 6 denuntiares *Lb.* denuntiaret *ad Roscium*
pertinet, cf. v. 8 7 debere ω -ri *Lb.* 16 sit *Passow*
 fuit ω 21 mihi quoque ε *Naug.* quoque mihi ψ 26 ΙΚΚ ∞
Mo. Herm. XX 1835 p. 317 (Kl. Schr. VII p. 790) LIH ∞ ω ∞ Cl.
 ΙΚΚΚ *Naug.* 27 CCCΙΚΚΚ ΙΚΚΚ *Mo.* CCCLIII CCCL ω CCCΙΚΚΚ
Naug. 29 aestimabat ε extim- ψ 31 CCCΙΚΚΚ ΙΚΚΚ *Mo.*
 CCCLIII ω CCCΙΚΚΚ *Naug.*

- 29 O societatem captiosam et indignam, ubi alter HS
 100∞, alter CCC1000 1000 quod sit in societatem
 affert! nisi idcirco moleste pateris, quod HS 100∞
 tu ex arca proferebas, HS CCC1000 1000 <ille> ex disci-
 plina et artificio promebat. quam enim spem et ex- 5
 pectationem, quod studium et quem favorem secum
 in scaenam attulit Panurgus quod Rosci fuit disci-
 pulus! qui diligebant hunc, illi favebant, qui admira-
 bantur hunc, illum probabant, qui denique huius no-
 men audierant, illum eruditum et perfectum existima- 10
 bant. sic est vulgus; ex veritate pauca, ex opinione
 30 multa aestimat. quid sciret ille, perpauca animadvert-
 ebant, ubi didicisset, omnes quaerebant; nihil ab hoc
 pravom et pervorsum produci posse arbitrabantur. si
 veniret ab Statilio, tametsi artificio Roscium superaret, 15
 adspicere nemo posset; nemo enim sicut ex improbo
 patre probum filium nasci, sic a pessimo histrione
 bonum comoedum fieri posse existimaret. quia venie-
 bat a Roscio, plus etiam scire quam sciebat videbatur.
- 11 Quod item nuper in Erote comoedo usu venit. qui 20
 posteaquam e scaena non modo sibilis, sed etiam con-
 vicio explodebatur, sicut in aram confugit in huius
 domum disciplinam patrocinium nomen, itaque per-
 brevi tempore qui ne in novissimis quidem erat hi-
 31 strionibus, ad primos pervenit comoedos. quae res 25

2 100∞ Mo. LII∞ ω (item v. 3) CCC1000 1000 Mo. LIII ψ
 CCCLIII ε 4 CCC 1 000 1 000 Mo. CCCLIII LII (sic) ω add. hoc
 loco AKI., ante ex ε, nisi forte praestat <hic>; <Roscius> ante
 promebat ed. Rom., post promebat Cl. 5 spem Boemoraeus
 rem ω 6 secum om. Ω 12 aestimat ε extim- vel existim- ψ

14 pravum ε parvom ψ 17 a mg. Lb. ex ω 20 venit
 ψ evenit Ω 24 novissimis ω vilissimis con. Cl. propterea
 quod Gell. 10, 21, 1 Ciceronem superlativo novissimus uti noluisse
 testatur. at cf. Varro ling. 7, 59 quod extremum dicebatur,
 dici 'novissimus' coeptum vulgo, quod mea memoria ut Aelius,
 sic senes aliquot, quod nimium novum verbum esset, vitabant.
 itaque Ciceronem hic usum esse vocabulo recens ficto Gellium,
 sive eius auctorem (Probum, cf. J. Aistermann De M. Valerio
 Probo 1910 p. 141) fugit

extulit eum? una commendatio huius; qui tamen Panurgum illum, non solum ut Rosci discipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam summo cum labore stomacho miseriaque erudiit. nam quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius; quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt discruciat. Paulo longius oratio mea propecta est hac de causa, ut condicionem societatis diligenter cognosceretis.

10 Quae deinde sunt consecuta? 'Panurgum' inquit ³² 'hunc servum communem Q. Flavius Tarquiniensis quidam interfecit. in hanc rem' inquit 'me cognitorem dedisti. lite contestata, iudicio damni iniuria constituto tu sine me cum Flavio decidisti.' utrum pro dimidia
15 parte an pro toto? planius dicam: utrum pro me an et pro me et pro te? pro me; potui exemplo multorum, licitum est iure, fecerunt multi, nihil in ea re tibi iniuriae feci. pete tu tuum, exige et aufer quod debetur; suam quisque partem iuris possideat et persequatur.
20 — 'At enim tu tuum negotium gessisti bene'. — gere et tu tuum bene. — 'Magno tuam dimidiam partem decidisti'. — magno et tu tuam partem decide. — 'HS Q tu abstulisti'. — sit hoc verum; HS Q tu ¹²
quoque aufer. Sed hanc decisionem Rosci oratione et ³³
25 opinione augere licet, re et veritate mediocrem et tenuem esse invenietis. accepit enim agrum temporibus iis cum iacerent pretia praediorum; qui ager neque villam habuit neque ex ulla parte fuit cultus; qui nunc multo pluris est quam tunc fuit. neque id est

4 erudivit Zie. p. 192 nam Sylv. iam ω 5 et ingeniosior om. Ω 8 hac de causa om. Ω 14 sine me bis Ω 15 toto AKI. tota ω tota<re> RKL. tota <societate> Naug. 17 recte dist. Boemoraecus 21 <tu> tuam Naug. quo additamento turbantur accentus; efferuntur notiones magno et dimidiam 23 Q (i. quingenta milia) Cl. que CCCLIII ω CCCIOOO Naug. Q CCCIOOO Mo. si sit hoc verum Hot. (praestat fortasse si h. v.) si fit hoc vero ω Q Cl. que ω Q CCCIOOO Mo. CCCIOOO Naug.

mirum. tum enim propter rei publicae calamitates omnium possessiones erant incertae, nunc deum immortalium benignitate omnium fortunae sunt certae; tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum
 34 optima villa. Verum tamen quoniam natura tam mali- 5
 volus es, numquam ista te molestia et cura liberabo. praeclare suum negotium gessit Roscius, fundum fructuosissimum abstulit; quid ad te? tuam partem dimidiam quemadmodum vis decide. vertit hic rationem et id quod probare non potest fingere conatur. 'de tota 10
 re' inquit 'decidisti'.

Ergo huc universa causa deducitur, utrum Roscius cum Flavio de sua parte an de tota societate fecerit
 35 pactionem. nam ego Roscium siquid communi nomine tetigit, confiteor praestare debere societati. — Socie- 15
 tatis, non suas lites redemit, cum fundum a Flavio accepit. — quid ita satis non dedit amplius a se neminem petiturum? qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem qui pro sociis transigit, satis dat neminem eorum postea petiturum. quid ita 20
 Flavio sibi cavere non venit in mentem? nesciebat videlicet Panurgum fuisse in societate. sciebat. nesciebat Fannium Roscio esse socium. — praeclare; nam
 36 iste cum eo litem contestatam habebat. Cur igitur decidit et non restipulatur neminem amplius petiturum? 25
 cur de fundo decedit et iudicio non absolvitur? cur tam imperite facit ut nec Roscium stipulatione alliget,
 37 neque a Fannio iudicio se absolvat? Est hoc primum et ex condicione iuris et ex consuetudine cautionis firmissimum et gravissimum argumentum, quod ego plu- 30
 ribus verbis amplecterer, si non alia certiora et clariora testimonia in causa haberem.

6 liberabo \leq Ang. -abis ψ 10 probare ψ approbare Ω
 17 a se ω del. \leq Gar. assem Cl. assem certe post vocem accentu elatam amplius ferri vix potest 19 relinquit \leq relinquit ψ 22 in societate om. Ω 23 praeclare <sciebat>
 Kay. 26 decedit \leq decidit ψ 27 nec ed. Rom. ne ω

Et ne forte me hoc frustra pollicitum esse praedi- 13
ces, te, te inquam Fanni, ab tuis subselliis contra te
testem suscitabo. Criminatio tua quae est? Roscium
cum Flavio pro societate decidisse. quo tempore? ab-
5 hinc annos xv. Defensio mea quae est? Roscium pro
sua parte cum Flavio transegisse. repromittis tu ab-
hinc triennium Roscio. quid? recita istam restipulatio-
nem clarius. attende quaeso Piso; Fannium invitum et
huc atque illuc tergiversantem testimonium contra se
10 dicere cogo. quid enim restipulatio clamat? QUOD A
FLAVIO ABSTULERO, PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME
SOLUTURUM SPONDEO. tua vox est Fanni. quid tu auferre 38
potes a Flavio, si Flavius nihil debet? quid hic porro nunc
restipulatur quod iam pridem ipse exegit? quid vero
15 Flavius tibi daturus est, qui Roscio omne quod de-
buit dissolvit? cur in re tam vetere, in negotio iam
confecto, in societate dissoluta nova haec restipulatio
interponitur? quis est huius restipulationis scriptor
testis arbiterque? tu Piso; tu enim Q. Roscium pro
20 opera <ac> labore, quod cognitor fuisset, quod vadi-
monia obisset, rogasti ut Fannio daret HS CCIOIOIO
hac condicione ut siquid ille exegisset a Flavio, par-
tem eius dimidiam Roscio dissolveret. satisne ipsa
restipulatio dicere tibi videtur aperte Roscium pro se
25 decidisse? At enim forsitan hoc tibi veniat in mentem, 39
repromississe Fannium Roscio, siquid a Flavio exegis-
set, eius partem dimidiam, sed omnino exegisse nihil.
quid tum? non exitum exactionis, sed initium repro-
missionis spectare debes. neque si ille id exsequen-

5 annos *mg.* *Lb.* annis ω XV ω IIII *Hot.* sed *cf. v. 16* in
re tam vetere 10 dicere cogo ω cogo dicere *Boemoraeus*
dicere <ego> cogo *Cl.* 16 vetere *ed. Rom.* veteri ω iam
Gul. tam ω 19 recte *dist. Bai.* 20 *add. Mue.* 21 obis-
set ε obsesset ψ CCIOIOIO *Lb.* CCCLIII ω 24 restipulatio
Man. stipulatio ω 25 at *Man.* et ω 26 roscio ε roscium
ψ 27 sed omnino *Man.* se domino ω 28 tum *Lb.* tu ω
29 debemus vel debetis *coni. Kay.* id exsequendum *Cl.* in
eo sequendum ψ in exsequendum ε 130, 1 *add. Cl.* alii aliter
locum constituunt; an non exsequ. <censuit>?

dum <non iudicavit>, non quod in se fuit iudicavit Roscium suas, non societatis lites redemisse. quid si tandem planum facio post decisionem veterem Rosci, post repromissionem recentem hanc Fanni HS CCCIOOO Fannium a Q. Flavio Panurgi nomine abstulisse? ta- 5 men diutius illudere viri optimi existimationi Q. Rosci audebit?

14 Paulo ante quaerebam, id quod vehementer ad rem
40 pertinebat, qua de causa Flavius cum de tota lite fa-
ceret pactionem, neque satis acciperet a Roscio neque 10
iudicio absolveretur a Fannio; nunc vero id quod mi-
rum et incredibile est requiro: quamobrem cum de
tota re decidisset cum Roscio, HS CCCIOOO separa-
tim Fannio dissolvit? hoc loco Saturi, quid pares re-
spondere scire cupio; utrum omnino Fannium <a> Flavio 15
HS CCCIOOO non abstulisse an alio nomine et alia de
41 causa abstulisse. si alia de causa, quae ratio tibi cum
eo intercesserat? nulla. addictus erat tibi? non. frustra
tempus contero. 'omnino' inquit 'HS CCCIOOO a Flavio
non abstulit neque Panurgi nomine neque cuiusquam.' 20
si planum facio post hanc recentem stipulationem Rosci
HS CCCIOOO a Flavio te abstulisse, numquid causare
42 quin ab iudicio abeas turpissime victus? quo teste
igitur hoc planum faciam? venerat ut opinor haec res
in iudicium. certe. quis erat petitor? Fannius. quis 25
reus? Flavius. quis iudex? Cluvius. ex his unus mihi
testis est producendus, qui pecuniam datam dicat. quis
est ex his gravissimus? sine controversia qui omnium
iudicio comprobatus est [iudex]. quem igitur ex his
tribus a me testem exspectabis? petitoem? Fannius 30
est; contra se numquam testimonium dicet. reum?
Flavius est. is iam pridem est mortuus; si viveret,

5 Q. Naug. C. ω CCCIOOO Naug. CCCLIII ω 14 dissol-
verit Lb. 15 Fannium ε -us ψ add. ε Flavio ε fabio ψ
16 CCCIOOO Naug. CCCLIII ω abstulisse ε -isset ψ 19 et 22
CCCIOOO Naug. CCCLIII ω 22 causare ψ causae erit (vel
est) ε 29 del. Or. 30 exspectabis ε Hot. spect- ψ
32 est. is ed. Rom. testis ω

verba eius audiretis. iudicem? Cluvius est. quid is dicit? HS ccccccc Panurgi nomine Flavium Fannio dissolvisse. quem tu si ex censu spectas, eques Romanus est, si ex vita, homo clarissimus est, si ex fide, iudicem sumpsisti, si ex veritate, id quod scire potuit et debuit dixit. nega, nega nunc equiti Romano homini honesto iudici tuo credi oportere! circumspicit aestuat, negat nos Cluvi testimonium recitatu-
 5 rous. recitabimus. erras; inani et tenui spe te consolaris. recita testimonium T. Manili et C. Lusci Ocreae duorum senatorum hominum ornatissimorum qui ex Cluvio audierunt. (TESTIMONIUM T. MANILI ET C. LUSCI OCREAE.)
 10 Utrum dicis Luscio et Manilio an Cluvio non esse credendum? planius atque apertius dicam: utrum Luscius et Manilius nihil de HS ccccccc ex Cluvio audierunt, an Cluvius falsum Luscio et Manilio dixit? hoc ego loco soluto et quieto sum animo, et quorsum recidat responsum tuum, non magno opere laboro; firmissimis enim et sanctissimis testimoniis virorum
 20 optimorum causa Rosci communita est. si iam tibi deliberatum est quibus abroges fidem iuris iurandi, responde. Manilio et Luscio negas esse credendum? dic, aude; est tuae contumaciae arrogantiae vitaeque universae vox. quid exspectas quam mox ego Luscium
 25 et Manilium dicam ordine esse senatores, aetate grandes natu, natura sanctos et religiosos, copiis rei familiaris locupletes et pecuniosos? non faciam; nihil mihi detraham, cum illis exactae aetatis [severissime] fructum, quem meruerunt, retribuam. magis mea adulescentia indiget illorum bona existimatione, quam
 30 illorum severissima senectus desiderat meam laudem.

1 quid is dicit *om.* Ω 2 fannium flavio ε 4 castissimus *Lb.* sanctissimus *Ha.* fide *Kay.* te ω 12 *add. Hot.*
 13 an ε an et ψ an etiam *Cl.* anne *Mue.* manlius Ω (*item v. 16*) 27 nihil ω ne *Mo.* 28 *del. Mo.* an <viris vitae> severissimae? 30 bona existimatione ψ extimatione bona Ω hominum existimatione *Rinkes 1859 p. 446*

45 Tibi vero Piso diu deliberandum et concoquendum est, utrum potius Chaereae iniurato in sua lite an Manilio et Luscio iuratis in alieno iudicio credas. Reliquum est ut Cluvium falsum dixisse Luscio et Manilio contendat. quod si facit qua impudentia est, eumne testem 5 improbabit quem iudicem probarit? ei negabit credi oportere cui ipse crediderit? eius testis ad iudicem fidem infirmabit cuius propter fidem et religionem iudicis testes compararit? quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet, cum testem producam, repre- 10 hendere audebit?

16 'Dicit enim' inquit 'iniuratus Luscio et Manilio.' si
46 diceret iuratus, crederes? at quid interest inter periurum et mendacem? qui mentiri solet, peierare consuevit. quem ego ut mentiatur inducere possum, ut peie- 15 ret exorare facile potero. nam qui semel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium quam ad mendacium perducitur consuevit. quis enim deprecatione deorum, non conscientiae fide commovetur? propterea quae poena ab dis immortalibus periuro, 20 haec eadem mendaci constituta est; non enim ex pacatione verborum quibus ius iurandum comprehenditur, sed ex perfidia et malitia per quam insidiae tenduntur alicui, di immortales hominibus irasci et suscensere
47 consuerunt. At ego hoc ex contrario contendo: levior 25 esset auctoritas Cluvi, si diceret iuratus, quam nunc est, cum dicit iniuratus. tum enim forsitan improbis nimis cupidus videretur, qui qua de re iudex fuisset, testis esset; nunc omnibus <civibus vel> inimicis- <simis> necesse est castissimus et constantissimus esse 30 videatur, qui id quod scit familiaribus suis dicit.

3 reliquum ξ relictum φ ; fortasse fuit relicuum cf. vol. VII p. XLVII 9 compararit Ha. -abit ξ -abat ψ 10 <eum> cum Lb. 13 iuratus ξ iniuratus ψ at ω aut con. Mue. probabiliter 15 <eum> ut p. Lb. 17 non maiore ξ Ang. non minore ψ minore Mo. 20 propterea ω praeterea ξ Turn. 23 et ex Ω 25 consueverunt Ω 29 <civibus vel> inimi-

Dic nunc, si potes, si res, si causa patitur, Cluvium 48
 esse mentitum! mentitus est Cluvius? ipsa mihi veritas
 manum inicit et paulipser consistere et commorari cogit.
 unde hoc totum ductum et conflatum mendacium
 5 est? Roscius est videlicet homo callidus et versutus.
 hoc initio cogitare coepit: 'quoniam Fannius a me petit
 HS 1000, petam a C. Cluvio equite <Romano> orna-
 tissimo homine ut mea causa mentiatur, dicat de-
 cisionem factam esse quae facta non est, HS 300000
 10 a Flavio data esse Fannio quae data non sunt.' Est
 hoc principium improbi animi, miseri ingenii,
 nulli consilii. quid deinde? posteaquam se praeclare 49
 confirmavit, venit ad Cluvium. quem hominem? le-
 vem? immo gravissimum. mobilem? immo constan-
 15 tissimum. familiarem? immo alienissimum. Hunc po-
 steaquam salutavit, rogare coepit blande et concinne
 scilicet: 'mentire mea causa, viris optimis tuis fami-
 liaribus praesentibus dic Flavium cum Fannio de Pa-
 nurgo decidisse qui nihil transegit: dic HS 300000
 20 dedisse qui assem nullum dedit.' quid ille respondit?
 'ego vero cupide et libenter mentiar tua causa, et si-
 quando me peierare <vis>, ut paululum tu compendii
 facias, paratum fore scito; non fuit causa cur tan-
 tum laborem caperes et ad me venires; per nuntium
 25 hoc quod erat tam leve transigere potuisti.' pro deum 17
 hominumque fidem! hoc aut Roscius umquam a Cluvio 50
 petisset, si HS miliens in iudicium haberet, aut Cluvius

cis<simis> *temptavi* inimicis ω civibus *Mue.* non iniquis *Cl. del. Mdv. in ed. Turic. II² 1856 p. 1432*

3 inicit *Sylv.* iniecit ω; nisi forte iniecit *praesens est cf. Sex. Rosc. 23 p. 59, 5* cogit ω coegit *Nizolius 7 add. 5*

11 principium ω principio *Mue.* 12 nulli ω nullius 5 *Cl. sed cf. Ter. Andr. 608* quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum 17 mentire 5 -ri ψ 20 respondit *del. 5 Ang.*

22 peierare <vis> *Cl.* <vis> peierare *ed. Rom. vulgo; solet Cicero velle ante infinitivum collocare, ubi voluntatis notio, post infinitivum, ubi huius notio effertur 27 iudicium ω -io mg. Lb.*

Roscio petenti concessisset, si universae praedae particeps esset? vix me dius fidius tu Fanni, a Ballione aut aliquo eius simili hoc et postulare auderes et impetrare posses. quod cum est veritate falsum, tum ratione quoque est incredibile; obliviscor enim Roscium et Cluvium viros esse primarios; improbos temporis causa esse fingo. falsum subornavit testem Roscius Cluvium! cur tam sero? cur cum altera pensio solvenda esset, non tum cum prima? nam iam antea HS 1000 dissolverat. deinde si iam persuasum erat Cluvio ut mentiretur, cur potius HS 1000000 quam 1000000000000000 data dixit Fannio <a> Flavio, cum ex restipulatione pars eius dimidia Rosci esset? Iam intellegis C. Piso, sibi soli, societati nihil Roscium petisse. hoc cum sentit Saturius esse apertum, resistere et repugnare contra veritatem non audet, aliud fraudis et insidiarum in eodem vestigio deverticulum reperit.

52 'Petisse' inquit 'suam partem Roscium a Flavio confiteor, vacuam et integram reliquisse Fanni concedo; sed quod sibi exegit, id commune societatis factum esse contendo.' quo nihil captiosius neque indignius potest dici. quaero enim potueritne Roscius ex societate suam partem petere necne. si non potuit, quemadmodum abstulit? si potuit, quemodmodum non sibi exegit? nam quod sibi petitur, certe alteri non exigitur.

53 an ita est: si quod universae societatis fuisset petisset, quod tum redactum esset, aequaliter omnes partirentur; nunc cum petierit quod suae partis esset, non

18 quod tum abstulit, soli sibi exegit? quid interest inter eum qui per se litigat, et eum qui cognitor est datus? 30

2 Ballione *cf. ad 20 p. 122, 22* 3 et postulare *Gar. expostulare* ω 12 *add. §* 15 cum sentit ω quoniam s. *vel* cum sentiat *coni. Mue. sed* quoniam *certe parum placet* 17 deverticulum ω 18 inquit *Ang. inquam* ω 25 quod *Ang. quid* ω; *an* quicquid? 27 tum *Man. cum* ω 28 nunc cum *Man. numquid* ω non quod tum *Marchalus numquid* cum ω 30 *et p. 135, 1* per se ω pro se *Lb.* 30 et eum Ω¹ *Lb. et* Ω² ψ cognitor est datus *Man. cognitorem* dat ω

qui per se litem contestatur, sibi soli petit, alteri nemo potest nisi qui cognitor est factus. itane vero? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum; <cum> suo nomine petiit, quod abstulit, tibi, non sibi
 5 exegit? quodsi quisquam petere potest alteri qui cog- 54
 nitor non est factus, quaero quid ita, cum Panurgus esset interfectus et lis contestata cum Flavio damni iniuria esset, tu in eam litem cognitor Rosci sis factus, cum praesertim ex tua oratione quodcumque tibi pe-
 10 teres, huic peteres, quodcumque tibi exigeres, id in societatem recideret. quodsi ad Roscium nihil perveniret quod tu a Flavio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorem, ad te pervenire nihil debet quod Roscius pro sua parte exegit, quoniam tuus
 15 cognitor non est factus. quid enim huic rei respondere 55
 poteris, Fanni? cum de sua parte Roscius transegit cum Flavio, actionem tibi tuam relinquit an non? si non relinquit, quemadmodum HS cccccc ab eo postea exegisti? si relinquit, quid ab hoc petis quod per te per-
 20 sequi et petere debes? simillima enim et maxime gemina societas hereditatis est; quemadmodum socius in societate habet partem, sic heres in hereditate habet partem. ut heres sibi soli, non coheredibus petit, sic socius sibi soli, non sociis petit; et quemadmodum
 25 uterque pro sua parte petit, sic pro sua parte dissolvit, heres ex ea parte qua hereditatem adiit, socius ex ea qua societatem coit. Quemadmodum suam par- 56
 tem Roscius suo nomine condonare potuit Flavio ut eam tu non peteres, sic cum exegit suam partem et
 30 tibi integram petitionem relinquit, tecum partiri non debet, nisi forte tu perverso more, quod huius est,

4 *add. Lb.* petiit *ed. Rom.* petit ω ; *an* suo nomine petit (*paratactice*): quod abstulit *eqs.*? tibi non sibi *Hof.* sibi non tibi ω 26 *ea Mdv. 1873 p. 196* sua ω (*ex v. 25*) 28 suo nomine condonare potuit ψ condonari potuit suo nomine Ω 29 peteres ω posses petere *coni. Mue. praeter necessitatem* ut tuam tu non perderes *coni. Zie.* 31 quod huius ω si quod tuum *Rinkes 1859 p. 450* est <si> *Kay. est <si tuum> Schue.*

ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Saturius, quodcumque sibi petat socius, id societatis fieri. quod si ita est, qua — malum — stultitia fuit Roscius qui ex iuris peritorum consilio et auctoritate restipularetur a Fannio diligenter, ut quod is exegisset a Flavio, dimidiam partem sibi dissolveret, siquidem sine cautione et repromissione nihilo minus id Fannius societati hoc est Roscio, debebat? * * * * *

1 <id> huic *Rinkes* 3 qua *Man.* quae ω 6 quod is Ω^2 quod eius ψ eius quod *Cl.* sed ut is *necessarium*, ita eius et hic et ante dimidiam — quo loco addit *Lb.* — *supervacaneum* dissolveret *ed. Rom.* dissolvere ω 9 debebat ψ debeat Ω

M. TULLI CICERONIS ORATIONIS PRO M. TULLIO QUAE MANSERUNT

SIGLA

T = codex Taurinensis A 2 olim Bobiensis deleticius (nunc incendio abolitus) saec. IV/V

A = codex Ambrosianus R. 57 sup. olim Bobiensis deleticius saec. V

T continet § 1—4 (p. 3^b, 9 pri-), § 7 (p. 4^b, 11 pecuniae) — 11 esset (p. 5^b, 20), § 24 (p. 9^b, 2) — 36 (p. 13^b, 16 agitur), § 37 (ego p. 13^b, 19) — 46 (hominum), § 48 (53)—51 (56) (*ut eum* p. 18^b, 25) § 52 (47)—56 (51) (*ma[fgis]* p. 20¹, 3); **A** vero § 4 (p. 3^b, 10 -ore) — 23 (p. 9¹, 1 comm-).

[] delenda significat < > addita () suppleta ex spatiis quae legi non possunt.

NOTAE

Bai. = I. G. Baiter (in ed. Orelliana² Turici 1854)

Bei. = C. Beier (in M. T. C. or. fragm. ined. ed. Lips. 1825)

Cl. = A. C. Clark (in ed. Oxo-niensi 1910)

Cra. = A. W. Cramer (in M. T. C. or. partes ineditae ed. Cr. Ictus et Hein. philol. Kal. 1816)

Ha. = C. Halm

Hein. = C. F. Heinrich (v. Cra.)

Hu. = Ph. E. Huschke (in I. G. Huschke, Analecta litt. Lips. 1826)

Kay. = C. L. Kayser (in ed. Tauchnitziana Lips. 1861)

Ke. = C. L. Keller (in Semestr. in M. T. C. I 3 Turici 1851)

Rkl. = R. Klotz (in ed. Teubneriana²)

Krue. = P. Krueger (in Herm. V 146sq.)

Mdv. = I. N. Madvig

Mai = A. Mai (in M. T. C. trium or. partes ined. Mediol. 1814 et sex. or. p. i. ibid. 1817)

Mo. = Th. Mommsen

Mue. = C. F. W. Mueller (in ed. Teubneriana 1885)

Or. = I. C. Orelli (in ed. Turicensi 1826)

Pey. = A. Peyron (in M. T. C. or. fragm. ined. Stuttg. et Tub. 1824)

Pluyg. = W. G. Pluygers

Sch. = Schoell

TESTIMONIUM

Tac. dial. 20, 1: quis de exceptione et formula perpetuetur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio ... legimus? praecurrit hoc tempore iudex dicentem.

1

1 Antea sic hanc causam apud vos egi, recipitatores, ut infitias ituros adversarios arbitrarer tantam caedem et tam atrocem ad familiam suam pertinere. itaque animo soluto a cura et a cogitatione veneram, quod intellegebam facile id me testibus planum facere posse. 5 nunc vero posteaquam non modo confessus est vir primarius, L. Quin<ctius> ***

*** <la>borabam, ut quod arguebam id factum esse ostenderem: nunc in eo consumenda est oratio, ut ne adversarii, quod infitari nullo modo potuerunt cum 10 maxime cuperent, id cum confessi sunt meliore loco esse videantur. itaque tum vestrum difficilius iudicium, 2 mea facilis defensio fore videbatur. ego enim omnia in tes<tibus> ***

*** quid est facilius quam de eo qui confitetur iudi- 15 care? mihi autem difficile est satis copiose de eo dicere, quod nec atrocius verbis demonstrari potest quam re ipsa est neque apertius oratione mea fieri quam ipsorum confessione factum est.

T usque ad p. 3 v. 9 (abscissis bis — post v. 7 et p. 3^b v. 2 — sex et bis septem versiculis 15—22 litterarum in folio binarum columnarum sibi respondentium)] 1 (causam) adieram Pey. agere statueram Bei. (sequentibus Bai. Kay. Mue. Cl.) rectius ad sententiam — non ad spatium — Hu. et Bei. Jahn, Jahrb. I, 1826, p. 219 (corr. Sch. ex T) 2 infitiaturos Or. probantibus omnibus (corr. Sch. ex T non recte dubitante Landgraf Jb. 89 p. 67, quia Cic. ceteroqui infitari adhibet, quod nemo nescit) 7 add. Pey. 8 <antea enim in eo la>borabam Pey. 11 comfessi T 12 difficil|||liusdiudicium T 14 tes<tibus ponebam> Pey.

Cum in hac re quam commemoravi mihi mutanda 3
ratio defensionis ***

*** minus diligenter illius existimationem quam rem
M. Tulli viderer defendere. nunc quoniam Quinctius
5 ad causam pertinere putavit res ita multas, falsas prae-
sertim et inique confictas, proferre de vita et moribus
et existimatione M. Tulli, multis de causis mihi Fabius
debetit ignoscere, si minus eius famae parcere videbor 2
quam antea consului. pri *** 4

10 *** ore putavit ad officium suum pertinere adversario
nulla in re parcere, quid me oportet Tullium pro Tullio
facere, homine coniuncto mecum non minus animo
quam nomine? ac mihi magis illud laborandum vide-
tur, reciperatores, ut, quod antea nihil in istum dixi,
15 probar(e) possim, quam <ne> in eo reprehendar, quod
hoc tempore respondeo. verum et tum id feci quod 5
oportuit et nunc faciam quod necesse est. nam cum
esset de re pecuniaria controversia, quod damnum
datum M. Tullio diceremus, alienum mea natura vide-
20 batur quicquam de existimatione P. Fabi dicere, non
quia res postulare non videretur. quid ergo est?
tametsi postulat causa, tamen, nisi plane cogit ingratiis,
ad male dicendum non soleo descendere. nunc cum
coactus dicam, si quid forte dicam, tamen id ipsum
25 verecunde modi<ce>que faciam, tantum ut, quoniam
sibi me non esse inimicum potuit priore actione Fabius
iudicare, nunc M. Tullio fidelem certumque amicum
esse cognoscat.

Unum hoc abs te, L. Quin<c>ti, pervelim impetrare 3
30 — quod tametsi eo volo quia mihi utile est, tamen 6

T et (inde a v. 10) A] 3 <ut non> minus *Pey.* quam s. v.
T 9 pri<ore actione> *Pey.* 13 uidiatur A 15 *suppl. Cra.*
duce Mai (*****umquam (?) A) ne *add. Mo.* repraeh. A
19 <a> mea *Pey.* 21 quinres A *corr. Mai* 24 idsum A *teste*
Ke. 25 *add. Hein.* 30 *post quod in fine versiculi 2 litt. eva-*
nuisse testatur Ke. (fort. ta sequentisvocis suspicatur *Bal.*)

abs te idcirco quia aecum est postulo —, ut ita tibi multum temporis ad dicendum sumas, ut <h>is aliquid ad iudicandum relinquant. namque antea non defensionis tuae modus, sed nox tibi fine<m> dicendi fecit: nunc si tibi placere potest, ne idem facias, id abs te postulo: neque hoc idcirco postulo quod te aliquid censeam praeterire oportere aut non quam ornatissime et copiosissime dicere, verum ut semel una quaque de re dicas: quod si facies, non vereor, ne dicendo dies eximatur.

7 Iudicium vestrum est, reciperatores, 'quantae pecuniae paret dolo malo familiae P. Fabi vi hominibus armatis coactisve damnum datum esse M. Tullio'. eius rei taxationem nos fecimus: aestimatio vestra est; iudicium datum est in quadruplum.

4 Cum omnes leges omniaque iudicia, quae paulo 8 graviora atque asperiora videntur esse, ex improborum iniquitate et iniuria nata sunt, tum hoc iudicium paucis hisce annis propter hominum malam consuetudinem nimiamque licentiam constitutum est. nam cum multae 20 familiae dicerentur in agris longinquis et pascuis armatae esse caedesque facere, cumque ea consuetudo non solum ad res privatorum, sed ad summam rem publicam pertinere videretur, M. Lucullus, qui summa aequitate et sapientia ius dixit, primus hoc iudicium 25 composuit et id spectavit, ut omnis ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini

A et (inde a v. 11 [pecuniae]) T] 2 add. Cra. (is def. Pey.)
 4 add. Pey. 11 ad hunc v. et sequentia non ad fragm. 1
 (p. 20sq.) — quo cum Bai. in Addendis referunt editores — spectat Grillius de exordio agens RL. 604, 26 (in obscuro genere quid facere debes, ut docilem facias auditorem? [sic dist. Sch. debes? ut d. f. a., quod Ha. c. cet.] quod facit in Tulliana 'de hac re' inquit 'iudicabitis') 12 publi T 13 factumesse A
 16 omnia || quae iudicia || que A 23 sed etiam ad A ad summam rem p. pertinere hinc habere Victorinum RL. 198, 5 monuit Mai. remp. TA 25 et T ad A (ac Mai adq. Pey.) sapientia (s s. r) A iudicium T 26 omnis A homines T

darent, verum etiam lacessiti iure se potius quam armis
 defenderent; et cum sciret de damno legem esse Aquiliam, tamen hoc ita existumavit, apud maiores nostros
 cum et res et cupiditates minores essent et familiae
 5 non magnae magno metu continerentur, ut perraro
 fieret ut homo occideretur, idque nefarium ac singulare
 facinus putaretur, nihil opus fuisse iudicio de vi coactis
 armatisque hominibus: quod enim usu non veniebat,
 de eo si quis legem aut iudicium constitueret, non tam
 10 prohibere videretur quam admonere. his temporibus
 cum ex bello diuturno atque domestico res in eam
 consuetudinem venisset, ut homines minore religione
 armis uterentur, necesse putavit esse et in universam
 familiam iudicium dare, quod a familia factum diceretur
 15 et recipi ratos dare, ut quam primum res iudicaretur,
 et poenam graviorem constituere, ut metu comprimeretur
 audacia, et illam latebram tollere: 'damnum iniuria'.
 quod in aliis causis debet valere et valet lege
 11 Aquilia, id ex huius modi damno, quod vi per servos
 20 armatos datum esset ***

*** ipsi statuerent, quo tempore possent suo iure arma
 12 capere, manum cogere, homines occidere. cum iudicium
 ita daret[ur], ut hoc solum in iudicium venire<t>, videretur
 vi hominibus coactis armatisve damnum
 25 dolo malo familiae datum, neque illud ad<d>eret 'iniuria',
 putavit se audaciam improborum sustulisse, cum spem
 defensionis nullam reli[n]quisset. 6

Quoniam quod iudicium et quo consilio constitutum 13

A (ubi 7 versiculi 13 fere litt. post v. 20 legi nequeunt) et T
 (usque ad v. 20 [esset]) 2 scirent A 3 hic Hein. refutante
 Bei. existimavit A 5 ut om. T et Bei. Schulz. 1827
 p. 67 6 aīdq. T ac T et A 9 deo (e s. v.) A 10 prohiberet T
 videtur A 11 et bello T 12 ut] in T 13 et om. A 14 <si>-
 quod Mai <si>quid Hein. refutante Hu. a***milia A 18 <ut>
 quod Hu. non improbante Ke. in illis*ausis A legem(?)*****
 ex A 19. 20 uicere*****ar || mafus(?)d***** A corr. et suppl.
 ex T 23 del. Hein. add. Bei. 25 add. Cra.

sit cognostis, nunc rem ipsam ut gesta sit dum breviter
 14 vobis demonstro, attendite. fundum habet in agro
 Thurino M. Tullius paternum, reciperatores, quem se
 habere usque eo non moleste tulit, donec vicinum eius
 modi nactus est qui agri fines armis proferre mallet 5
 quam iure defendere. nam P. Fabius nuper emit agrum
 de C. Claudio senatore cui fundo erat adfinis M. Tul-
 lius sane magno, dimidio fere pluris incultum exustis
 villis omnibus quam quanti integrum atque ornatissi-
 mum carissimis pretiis ipse Claudius *** 10

15 *** clam circumscripsisse isti a consulari Macedonia
 et Asia. etiam illud addam, quod ad rem pertinet: im-
 peratore mortuo pecunia<m> nescio quo modo quae-
 sitam dum vult in praedio ponere non posuit, sed ab-
 iecit. nihil adhuc m *** 15

7 *** am calamitate vicinorum corrigit, et quod stoma-
 16 chum suum damno Tulli (ex)plere conatus est. est in
 eo agro centuria quae Populiana nominatur, recipera-
 tores, quae semper M. Tulli fuit, quam etiam pater
 pos<sederat> *** 20

*** posita esse et ad fundum eius convenire. ac pri-
 mum, quod eum negoti totius et emptionis suae pae-

A (altera folii parte desecta, unde ter undecim, ter —
 post v. 10 et 15 et 7', 6 — decem versiculi 13 fere litt. desunt)
 1 cogn**||tis A teste Ke. (cogn*|stis teste Pey.) 2 fundum
 ... paternum (v 3) Quint. 4, 2, 131 (ob narrationem a re, non
 a persona incipientem) 3 thyrimo A corr. e Quint. (thurino A
 tigurino B) tullus, i s. v. A 8 incultū A teste Ke. (-tu Pey.)
 10 praetiis A clau||dius**** (emerat Hein. probantibus omnibus,
 quod postea vel conspiciere in A sibi videbatur Mai, ubi trai-
 ciendum esset emerat Claudius) 12 etia|| A teste Ke. (etiam
 Pey.) 13 add. Mai 16 calamitatē A corr. Mai sthomacum
 A 17 tullii**||plere A suppl. Mai (replere Bei.) 18 popilliana
 A (sed ter popul.) 19 qui vel que A 20 add. Mai (pos-
 se*** fort. teste Ke.)

nitebat, fundum proscrispsit; eum autem emptum habebat cum socio Cn. Acerronio, viro op<tim> ***

*** modum proscrispsisse. hominem appellat. iste 17 sane adroganter quod commodum fuit respondit. ne- 5 quedum finis auctor demonstraverat. mittit ad procuratorem litteras et ad vilicum Tullius ***

*** facturum negavit; illis absentibus fines Acerronio demonstravit neque tamen hanc centuriam Populianam vacuum tradidit. Acerronius quo modo potuit se de 10 tota re ex ***

*** mine eius modi semustilatus effugit. adducit iste 18 interea in saltum homines electos maximis animis et viribus et is arma, quae cuique <h>abi[ta]lia atque apta essent, comparat, prorsus ut quivis intellexeret non 15 eos ad rem rusticam, verum ad caedem ac pugnam comparari. (b)revi illo tempore Q. Cati Aemiliani, ho- 19 minis honesti quem vos nostis, duo homines occiderunt; multa alia fecerunt; passim vagabantur armati non obscure, sed ut plane intellegere viderentur, ad quam rem 20 parati essent; agros, vias denique infestas habebant. venit in Thurinum interea Tullius. deinde iste pater familias Asiaticus beatus, novus arator et idem pecuarius, cum ambularet in agro, animadvertit in hac ipsa centuria Populiana aedificium non ita magnum servum-

A (v. ad p. 6^b) 2 add. Mai 5 finis A teste Ke. (fines ut 6^b, 5 et 7^b, 7 Pey.) 9.10 sedetorare ex A corr. Niebuhr apud Pey. (ex<cusabat> supplens) in fine proximi v., primi desectorum, um restare testatur Pey. praeter hanc vero lacunam unum folium (vel adeo plures) ante v. 11 in A desiderari ad narrationem — velut de incendio § 54 commemorato — suspicatur Ke. 13 his Pey. iis Mai (recipientibus omnibus) add. et del. Hein. 16 brevi] b non legitur in A illi Cra. refutante Hu. 18 <ut> non obscure Hein. 21 tyrinū A (cf. ad 6^b, 3) 24 ser||ruumq. A

20 que M. Tulli Philinū. 'Quid vobis' inquit '(i)stic
negoti in meo est?' servus respondit pudenter, at non
stulte, dominum esse ad villam; posse eum cum eo
disceptare, si quid vellet. rogat Fabius Acerronium —
nam ibi tum erat —, ut secum simul veniat ad Tullium. 5
venitur. ad villa(m) erat Tullius. appellat Fabius, ut
aut ipse Tullium deduceret aut ab eo deduceretur.
dicit deducturum se Tullius, vadimonium Fabio Romam
promissurum. manet in ea condicione Fabiu(s). mature
9 disceditur. proxima nocte, iam fere cum lux adpro- 10
21 pinquaret, ad illud aedificium, de quo antea dixi, quod
erat in centuria Populiana, servi P. Fabi frequentes ar-
matique veniunt; introitum ipsi sibi (vi) manuque pa-
tefaciunt; homines magni pretii servos M. Tulli nec-
opinantes adoriuntur; quod facile factu fuit, neque tam 15
multos neque repugnantes multi armati paratique oc-
cidunt tantumque odii crudelitatisque (hab)uerunt, ut
eos omnes gurgulionibus insectis relinquerent, ne, si
quem semivivum ac spirantem etiam reli[n]quissent,
minor [h]is honor haberetur; praetere(a) tectum villam- 20
22 que disturban(t). hanc rem tam atrocem, tam indignam,
tam repentinam nuntiat M. Tullio Philinus quem antea
nominavi, qui graviter saucius e c(a)ede effugerat.
Tullius statim dimittit ad amicos, quorum ex vicinitate
23 Thurina bona atque honesta copia praesto fuit. omni- 25
bus acerba res et misera videbatur. cum amici in

A] 1 filium A corr. Mai e v. 22 inquit||stic A
corr. Mai 2 im||meo A 9 mature recte divinavit potius
quam legit in A Pey. 13 add. Hei. 14 praetii
A 15 quod(que) Hu. (Ke.) 16. 17 occi|dumnt A ***uerunt
A (suppl. Mai) 18 gurg. . . . relinqueret Mart. Cap. 5, 509
(ob invidiam crudelitatis) exsectis Mart. 19 semiuibum A
20 del. Hein. (iis Hu. probantibus plerisque neglecta, ut
saepe, is forma) praetere || et disturban || A non apparentibus
litteris finalibus 24 [di]mittit Hei. refutante Hu. c. al. eauci-
nitate A corr. Bei. (ei Bai.) 25 tu || illabona A corr. Pluyg.
Mem. VII 208 (illi Cra.)

comm ***

*** turbarunt.

Audite, quaeso, in eas res quas commemoro hominum honestorum testimonium. haec quae mei testes dicunt fatetur adversarius eos vere dicere; quae mei testes non dicunt, quia non viderunt nec sciunt, ea dicit ipse adversarius. nostri testes dicunt occisos homines; cruorem in locis pluribus, deiectum aedificium se vidisse dicunt: nihil amplius. quid Fabius? horum nihil negat. quid ergo addit amplius? suam familiam fecisse dicit. quo modo? vi hominibus armatis. quo animo? ut id fieret quod factum est. quid est id? ut homines M. Tulli occiderentur. quod ergo eo animo factum est, ut homines unum in locum convenirent, ut arma caperent, ut certo consilio certum in locum proficiscerentur, ut idoneum tempus eligerent, ut caedem facerent: id si voluerunt et cogitarunt et perfecerunt, potestis eam voluntatem, id consilium, id factum a dolo malo seiungere? at istuc totum 'dolo malo' additur in hoc iudicio eius causa qui agit, non illius quicum agitur. id ut intellegatis, reciperatores, quaeso ut diligenter attendatis: profecto quin ita sit non dubitabitis. Si ita iudicium daretur, ut id concluderetur quod a familia factum esset, si quae familia ipsa in caede inter-

A usque ad v. 1 et T inde a. 2 intercedente maiore lacuna — duorum triumve foliorum in T iudice Hu. — cum narrationis fine, partitione, confirmationis principio. referunt ad lacunam fragm. 1 (p. 20sq.) Pey. Hu. Ke. eo certius quod ex partitione desumptum esse testantur Mart. Cap. et Victor (minus recte a Bei. post § 36 collocatur)] 2 (dis)turbarunt Bei. cf. 8^b, 21 (et antecedentia) 8.9 dist. Mdv. epist. crit. 92sq. (lenius post homines graviusque ante dicunt priores) plurimb. T detectum Ha. 11sq. huc (et ad § 34) spectat Victor RL. 397, 8 (a modo in fine, ut 'M. Tullius dolum circa servos P. Fabii definivit ex eo quod insidiati sint') unde etiam sequens fragmentum (et idem) = inc. 22 p. 470, 1 ed. nostrae item ex Tulliana esse suspicatur Ha. vix recte 19 ad T 21 intelligatis T

esse nolisset et homines aut servos aut liberos coegisset aut conduxisset, totum hoc iudicium et praetoris severitas dissolveretur. nemo enim potest hoc iudicare, qua in re familia non interfuisset, in ea re eam ipsam familiam vi armatis hominibus damnum dedisse. ergo 5 id quia poterat fieri et facile poterat, idcirco non satis habitum est quaeri quid familia ipsa fecisset, verum 28 etiam illud quid familiae dolo malo factum esset. nam cum facit ipsa familia vi<m> armatis coactisve hominibus et damnum cuiquam dat, id dolo malo fieri necesse 10 est; cum autem rationem inquit ut ea fiat, familia ipsa non facit, fit autem dolo malo eius. ergo addito 'dolo malo' actoris et petitoris fit causa copiosior. utrum enim ostendere potest, sive eam ipsam familiam sibi damnum dedisse sive consilio et opera eius familiae 15 factum esse, vincat necesse est.

12 Videtis praetores per hos annos interdicare hoc modo,
29 *** me et M. Claudium: 'unde [de] dolo malo tuo, M. Tulli, M. Claudius aut familia aut procurator eius vi detrusus est', cetera ex formula. si ui ita inter- 20 dictum est et sponsio facta, ego me ad iudicem si<c>

T] 3 posset Kay. haec T corr. Mue. duce Bei. et Hu. (<post> haec Bei.) 7 quid s. v. T 9 add. Ha. 11 ea] id Pey.

14. 15 [si]ui damnum Hu. improbante Ke. 17 sqq. nescio an ad capita 12. 13 et ad capita 19. 20 in. (cum lacuna) spectent verba Fortunat. RL. 107, 22 fragmentis ab editoribus adscripta (voluntas legis quot modis consideratur? tribus ... quid tertio? cum exemplo multarum legum probamus praesentem quoque legem ita sentire ut nos defendimus, sicut M. Tullius fecit pro M. Tullio): nam 'leges' latiore sensu etiam 'interdicta' sunt (cf. Gai. I 2—5) neque agit Cic. de 'lege' quae proprie dicitur in reliquiis Tullianae (agit adversarius § 52 (47) sq.) 17. 18 intercedere T corr. Mdv. in Addendis ad Or.² post hoc versiculum non legit Pey. interdicto inter supplens, ubi velut interposuit Hu., Mdv. mutavit exemplo (ob interdicare corr.), ubi postea modo legit Krue. unde modo velut inter Mue. spatium non explens modo ut si lis sit inter Sch. M. Claudium] fictitium nomen (Hu. Ke.) del. Rkl. (Ke.) tu-m-tulli et s. v. o T 20. 21 post formula gravius dist. Hu. sicut et si T corr. Kay. (sicubi Mdv. epist. crit. p. 92 sic duce Bei.)

defendam, <ut> vi me deiecisse confitear, dolo malo negem, ecquis me audiat? non opinor <e>quidem, quia,⁽³⁰⁾ si vi deieci M. Claudium, dolo malo deieci: in vi enim dolus malus inest, et Claudio utrumvis satis est planum facere, vel se a me ipso vi deiectum esse, vel me consilium inisse ut vi deiceretur. plus igitur³⁰ (datur) Claudio, cum (ita) interdicitur, unde dolo malo meo vi deiectus sit, quam si daretur, unde a me vi deiectus esset. nam in hoc posteriori, nisi¹⁰ ipse egomet deiecissem, vincerem sponsionem; in illo priore, ubi dolus malus additur, sive consilium inissem[, ut vi deiceretur], sive ipse deiecissem, necesse erat te dolo malo meo vi deiectum iudicari.¹³ hoc persimile atque adeo plane idem est in hoc³¹
¹⁵ iudicio, reciperatores. quaero enim abs te, si ita iudicium datum esset: 'quantae pecuniae paret a familia P. Fabi <vi> hominibus armatis damnum M. Tullio (datur)', quid haberes, quod diceres? nihil, opinor. fateris enim omnia et familiam P. Fabi fecisse et vi hominibus armatis fecisse. quod additum est 'dolo malo',²⁰ id te adiuvaré putas, in quo opprimitur et excluditur omnis tua defensio? nam si additum id non esset ac³² tibi libitum esset ita defendere[m], tuam familiam non

1 *add. Pey.* 2 *etquis T corr. Or. add. Ha.* 4 *et] at Kay*
 7 **** claudio+u**** T *teste Pey. qui prodest et cum ita suppl., ubi datur Bei. (atque r ante claudio — o dubio — dubitanter agnoscit Ke. nihilominus <valet> Claudi c<a>u<sa> cum Hu. praeferens et cum legit Krue. cum solo Bei. ex spat. faciens) undeameo et s. v. dolomalo T a puncto del. et o ad me postea add. teste Ke. (scilicet ad unde a me v. 9 aberraverat) 9 posteriore Pey. plerisque probantibus deiecisse (m s. v.) T 11 auditur T corr. Bei. 12 del. Ha. (repetitum e v. 6) quod exstat in principio paginae (deiceratur posteriore i puncto del. et ur lineolis del.) sequente neces||seerat et s. v. msuEDEIECISSEM (ubi m praemissum ad inissem in fine paginae praecedentis spectare videtur) 13 *te] de Hu. sed cf. 10', 18 (tum Bei.) meo s. v. T 17. 18 add. Hu. ***||tum T (illatum Pey. datum [sic Bai.] vel factum Bei.) 23 del. Pey-**

fecisse, vinceris, si id probare potuisses. nunc sive illa defensione uti voluisses sive hac qua uteris condemneris necesse est; nisi putamus eum (in iudicium venire, qui consilium inierit, illum, qui fecerit, non venire, cum consilium sine facto intellegi possit, factum 5 sine consilio non possit. an quod factum eius modi est, ut sine occulto consilio, sine nocte, sine vi, sine damno alterius, sine armis, sine caede, sine maleficio fieri non potuerit, id sine dolo malo factum iudicabi- 33 tur? an qua in re praetor illi improbam defensionem 10 tolli voluit, in ea re mihi difficiliorem actionem factam 14 putabitis? hic mihi isti singulari ingenio videntur esse, qui et id quod mihi contra illos datum est ipsi adripiunt et scopulo atque saxi pro portu stationeque utuntur. nam in dolo malo volunt delitescere, in quo 15 non modo cum omnia ipsi fecerunt quae fatentur, verum etiam si per alios id fecissent, haerent ac tene- 34 rentur. ergo non in una re sola quod mihi satis est, neque in universa re solum quod mihi satis est, sed singil<1>atim in omnibus dolum malum extare dico. 20 consilium capiunt ut ad servos M. Tulli veniant: dolo malo faciunt. arma capiunt: dolo malo faciunt. tempus ad insidiandum atque celandum idoneum eligunt: dolo malo faciunt. vi in tectum inruunt: in ipsa vi dolus est. occidunt homines, tectum diruunt: nec homo 25 occidi nec consulto alteri damnum dari sine dolo malo potest. ergo si omnes partes sunt eius modi ut in

T] 1. 2 sibeilla T 3 eum in iudi *suppl.* Pey. eum et i ante cium legit Krue. cetera ex spatio probans (eum *deceptus* imagine apud Pey. om. Bei.) 10 ·pr| T (praetor Pey.) 15 delitescere Pey. *refutante* Bai. 18 [re ... est] Francken [quod ... est] Cl. (*bis* solum *exhibens!*) 20 set T *add.* Rkl. 21 *sqq.* cf. ad 9^b, 11 *sqq.* 23 adq. T 27 **go T teste Pey. (er legit Krue.) 27 *sqq.* huc et ad *praecedentia spectat* Victorinus de *defin.* 29 (15), 12 St. (hoc etiam pro M. Tullio facit, ubi per enumerationem modorum per quos fit dolus malus definitio ita fit, ut singulis speciebus dolus malus possit agnosci) *liberiusque* Victor RL. 419, 28 (idem: dolum malum esse cum familia armata sit, cum ad vim venerit, cum damnum intulerit)

singulis dolus malus haereat, universam rem et totum facinus sine dolo malo factum iudicabitis?

Quid ad haec Quin(c)tius? sane nihil certum neque¹⁵
 unum in quo non modo possit, verum putet se posse³⁵
 5 consistere. primum enim illud ini(e)c(i)t nihil posse
 dolo malo familiae fieri. hoc loco non solum fecit ut
 defenderet Fabium, sed ut omnino huiusce modi iudicia
 dissolveret. nam si venit id in iudicium de familia,
 quod omnino familia nulla potest committere, nullum
 10 est iudicium, absolvantur omnes de simili causa necesse
 est, [hoc solum] bona mehercule. si hoc solum esset,³⁶
 tamen vos, tales viri, nolle deberetis maximam rem
 coniunctam cum summa re publica fortunisque priva-
 torum, severissimum iudicium maximaque ratione com-
 15 positum per vos videri esse dissolutum. sed non id
 solum agitur ***

*** hoc iudicium sic expectatur, ut non unae rei statui,
 sed omnibus constitui putetur.

*** ego intellego, et tamen dicendum est ad ea, quae³⁷
 20 dixit Quinctius, non quo ad rem pertineat, sed ne

quem ad h. l. Bei. Ke. Bai. adhibuerunt, unde non recte Ha. add. 'deest hic locus in reliquiis or. et in edd.'

T usque ad v. 16 et inde a v. 19, inter quos locos dubium utrum unum folium an complura intercedant] 3 add. Bai. certum T 5 illud T suppl. Pey. 10 simili] im non agnovit Pey., sed m ex parte Ke. si Krue. apparuit 11 del. Mdv. in Add. apud Bai. et Adv. III 213 est (se s. v.) T bene RKL. <res> si Bei. <fide> si Hu. (ex patrum coniectura) probantibus Ke. Bai.

12 talis T Pey. teste dubitante Ke. nolite c. lac. Pey. deseritis T teste Pey. corr. Bei. (fort. cum T iudice Ke.) 14 refortunisq. T teste Pey. re <publica> f. Or. atque refortunisq. legit Ke. 15 videri et ur s. ri T (videretur Pey. et ante severissimum inserto ne et v. 12 corr. nolletis desere<re> Hu.)

17. 18 in maiorem lacunam Bei. recte adhibuit Prisc. GL. II 197, 13 hoc... putetur (ob unae pro unius uni sim. nihilominus uni corr. Bei. cf. Ha. Anal. Tull. I 12) cf. ad 9^b in. 19 dicendum] di non apparuit Pey., sed Ke. (et Krue.) 20 pertineant Pey.

quid, quia a me praetermissum sit, pro concesso putetur.

16 Dicis oportere quaeri, homines M. Tulli iniuria occisi
 38 [es]sint necne. de quo hoc primum quaero, venerit ea
 res in hoc iudicium necne. si non venit, quid attinet 5
 aut nos dicere aut hos quaerere? si autem venit, quid
 attinuit te tam multis verbis a praetore postulare, ut
 adderet in iudicium 'iniuria' et, quia non impetrasses,
 tribunos plebi appellare et hic in iudicio qu[a]eri prae-
 39 toris iniquitatem, quod de iniuria non addiderit? haec 10
 cum praetorem postulabas, cum tribunos appellabas,
 (ne)m(pe i)ta dicebas, potestatem tibi fieri oportere, ut,
 si posses, reciperatori(bu)s persuaderes non esse ini-
 iuria M. Tullio damnum datum. quod ergo ideo in
 iudicium addi voluisti ut de eo tibi apud reciperatores 15
 dicere[t] liceret, eo non addito nihilo minus tamen ita
 dicis, quasi id ipsum a quo depulsus es impetraris?
 17 at quibus verbis in decernendo Metellus usus est ceteri-
 ri(que), quos appellasti? nonne haec omnium fuit
 oratio, quod vi hominibus armatis coactisve familia 20
 fecisse diceretur, id tametsi nullo iure fieri potuerit,
 40 tamen se nihil addituros? et recte, reciperatores. nam

T] 1 est *Pey.* sit *Bei.* duce *Ke.* qui dubitabat utrum hoc an illud in T fuerit 4.5 essent T corr. *Mdv.* in *Add.* et *Adv.* II 196 adn. veneritne *Bei.* (obloquente *Ke.* et *Krue.*) ea res divinavit *Pey.* legit *Ke.* 6 nos bis legit *Pey.* hos corr. *Bei.* legit *Ke.* 9 tr. pl. T 10 addidebet T teste *Pey.* ubi addiderit corr. *Or.* admisit in T *Pey.* in *Corr.* et *Ke.* addidisset *Hu.* probantibus *Mdv.* l. s. *Zie.* Cl. etsi iniuriã non addiderit et linguae (cf. *Mue.*) et clausulae respondet 11 alt. cum divinavit *Pey.* legit *Krue.* (atq. *Ke.*) 12 ***T teste *Pey.* recte supplente (finale a vidit *Ke.* nimirum *Bei.* tum nonne *Hu.*) 13 reciperatores T corr. *Bei.* (recte in *Add.* de -ES et -IB permutatis — ut saepius — cogitans ubi longius aberrat *Bai.*) 15 aput T 17 *e***s T teste *Pey.* detrusus supplente sed depulsus admittente quod cum *Bei.* praetulerunt edd. in T fuisse adnotavit *Sch.* 19 add. *Mdv.* ep. crit. 129 (<ea> ceteri <confirmarunt> *Pey.* cum anacoluthiam *Bei.* interrogationem *Hu.* [*Ke.*] probarint) 21 tametsi, et ex en T 22 nam (non uam) T teste *Pey.* in *Corr.* et *Ke.*

cum perflugio nullo constituto tamen haec scelera servi audacissime faciant, domini impudentissime confiteantur, quid censetis fore, si praetor iudicet eius modi caedes fieri iure posse? an quicquam interest, utrum magistratus peccato defensionem constituent an peccandi potestatem licentiamque permittant? etenim, reciperatores, non damno commoventur magistratus, ut in haec verba iudicium dent. nam <si> id esset, nec reciperatores potius darent quam iudicem nec in univ¹⁰ersam familia<m>, sed in eum, <qui>cum nominatim ageretur, nec in quadruplum, sed in duplum, et <ad> 'damnum' adderetur 'iniuria'. neque enim is qui hoc iudicium dedit de ceteris damnis ab lege Aquilia recedit, in quibus nihil agitur nisi damnum, qua de re praetor animum debe<a>t advertere. in hoc iudicio¹⁸ videtis agi de vi, videtis agi de hominibus armatis,⁴² videtis aedificiorum expugnationes, agri vastationes, hominum trucidationes, incendia, rapinas, sanguinem in iudicium venire, et miramini satis habuisse eos, qui hoc iudicium dederunt, id quaeri, utrum h<a>ec tam acerba, tam indigna, tam atrocia facta essent necne, non utrum iure facta an iniuria? non ergo praetores a lege Aquilia recesserunt quae de damno est, sed de vi et armis severum iudicium constituerunt, nec ius et iniuriam quaeri nusquam putarunt oportere, sed eos qui armis quam iure agere maluissent de iure et iniuria disputare noluerunt. neque ideo de iniuria non addiderunt quod in aliis rebus non adderent, sed ne

T] 3 pr. T 4 caedis T (Bei.) 8 add. Bei. (id <si> censor 'Heidelb. Jb.' 1825 p. 1250) 10 add. Pey. 11 add. Bei. improbante Baehrens Philol. Suppl. XII 535 (at cf. Schoenberger Jb. 303) 12 damno Pey. 13 legæ T (expuncto a teste Ke.) 14 i+quib. T (scil. id substituto N teste Pey. cum N non agnoverit Ke.) lenius ante qua dist. Ke. (gravius priores) 15 pr. T add. Bai. 20 it T 21. 22 acerua T necneutr. || iure (ñ s. eu) T 23 esset (se lineolis del. aut — secundum Ke. — spongia vel cultro) T 24 armatis T corr. Hu. atque at expuncta esse (iuxta m adscripto et del. is) testatur Ke.

ipsi iudicarent posse homines servos iure arma capere et manum cogere, neque quod putarent, si additum esset, posse hoc talibus viris persuaderi non iniuria factum, sed ne quod tamen scutum dare in iudicio viderentur iis, quos propter haec arma in iudicium 5
 19 vocavissent. fuit illud interdictum apud maiores nostros
 44 de vi, quod hodi[a]e quoque est: 'unde tu aut familia aut procurator tuus illum aut familiam aut procuratorem illius in hoc anno vi deiecisti'. deinde additur illius iam hoc causa, quicum agitur: 'cum ille possideret', et 10
 hoc amplius: 'quod nec vi nec clam nec precario pos-
 45 sideret'. multa dantur ei, qui vi alterum detrusisse dicitur; quorum si unum quodlibet probari iudici potuerit, etiamsi confessus erit se vi deiecisse, vincat necesse est vel non possedisse eum qui deiectus sit vel vi ap 15
 se possedisse vel clam vel precario. ei qui de vi confessus esset tot defensiones tamen ad causam optinendam maiores reliquerunt. age illud alterum inter-
 20 46 dictum consideremus, quod item nunc est constitutum propter eandem iniquitatem temporum nimiamque ho- 20
 minum ***

(52) *** si qui furem occiderit, iniuria occiderit. quam ob rem? quia ius constitutum nullum est. quid si se

T usque ad v. 21 (post quem unum vel plus quam unum folium intercidit)] 3 persuadere T corr. Bei. fort. cum T teste Ke. iniuriam T 4 quoddam[en] Pey. quod tamquam Cl. dubitanter 6 apud T 6sq. v. ad 10^b, 17sq. 7 familia <tua> Pey. 11 praecario T (item v. 16) cui voci ex formula a te addebat Ke. incertas litt. in marg. videri insequi notans 13 quodlibet Mue. dubitanter 15. 16 de vel non ... precario post potuerit v. 13 traiciendo cogit. Mue. uel apse T s. s. u teste Pey. uī testibus Ke. et Sch. (ut coniecerat Bei. praeunte uī pro apse Pey.) 19 nunc] de nc dubitans etiam nuper vel tale quid in T extare posse adn. Ke. 20 hominum <licentiam> Pey. (aut sic aut <improbitatem> Bei.): 22—17, 2 si ... est Rufin. RL. 40, 21 (ob ἀπόφασιν sive ἀναλογία) quem locum cum Pey. omnes ob concentum cum § 50 — nobis 55 — post § 51 — nobis 56 — inseruerunt, ob quaestionem 'iniuriae' huc

telo defenderit? non iniuria. quid ita? quia constitutum est. ***

*** tamen verum factum esset, [non modo servos]²¹⁽²³⁾
 tamen in eo ipso loco, qui tuus esset, non modo ser-⁴⁸⁽⁵³⁾
 5 vos M. Tulli occidere iure non potuisti, verum etiam si
 tectum hoc insciente aut per vim demolitus esses, quod
 hic in tuo aedificasset et suum esse defenderet, id
 vi[m] aut clam factum iudicaretur. tu ipse iam statue
 quam verum sit, cum paucas tegulas deicere inpune
 10 familia tua non potuerit, maximam caedem sine fraude
 facere potuisse[t]. ego ipse tecto illo disturbato si
 hodie postulem, quod vi aut clam factum sit, tu aut
 per arbitrum restituas aut sponsione condemneris ne-
 cesse est: nunc hoc probabis viris talibus, cum aedi-
 15 ficiū tuo iure disturbare non potueris, quod esset
 quem ad modum tu vis in tuo, homines, qui in eo aedi-
 ficio fuerint, te tuo iure potuisse occidere? 'at servus²²⁽²⁴⁾
 meus non comparet, qui visus est cum tuis: at casa⁴⁹⁽⁵⁴⁾
 mea est incensa a tuis'. quid ad haec respondeam?
 20 ostendi falsa esse: verum tamen confitebor. quid
 postea? hoc sequitur, ut familia<m> M. Tulli concidi
 oportuerit? vix mehercule ut corium peti, vix ut gra-
 vius expostulari; verum ut esses durissimus, agi qui-
 dem usitato iure et cotidiana actione potuit. quid opus

revocavit Hubert l. s. 632 16^b, 22 quis Pey. c. al. furem pro
 in foro R. Stephanus

T inde a v. 3 (a quo usque ad 18^b, 17 folium quod inde a
 Pey. ultimum huius or. habitum est cum K. Hubert Herm. 48,
 1913, p. 632sq. paenultimum esse statuimus)] 3 verum] per
 vim Bei. refutante Hu. (et Ke.) del. Hu. duce Pey. et Bei.
 (etiam tamen delente) 6 insciente (n s. is) T 8 lenius ante
 ut dist. Kay. 11 del. censor Ien. Litzg. 1825 p. 437 (Bei.)
 t<e> ego censor Heidelb. Jb. 1825 p. 1250 <e>t ego Hu.
 17 ad T (item 18) 18 tuis? 'at Kay. 21 add. G. Müller
 progr. Goerlitz 1878 p. 13 adn. 10 praeunte familiam Tulli Mdv.
 Adv. III 213 22 corium peti] de hac locutione deque errore
 Pey. cf. Bei. et Hu. (Sen. de const. sap. 27 afferens)

fuit vi, quid armatis hominibus, quid caede, quid san-
 50(55) guine? 'at enim oppugnatum me fortasse venissent.'
 haec est illorum in causa perdita extrema non oratio
 neque defensio, sed coniectura et quasi divinatio. illi
 oppugnatum venturi erant? quem? Fabium. quo con- 5
 silio? ut occiderent. quam ob causam? quid ut pro-
 ficerent? qui comperisti? et, ut rem perspicuam quam
 paucissimis verbis agam, dubitari hoc potest, recupe-
 ratores, utri oppugnasse videantur, qui ad villam vene-
 runt an qui in villa[m] manserunt? qui occisi sunt 10
 an ii ex quorum numero sauc[c]ius factus est nemo?
 qui cur facerent, causa non fuit an ii qui fecisse se
 51(56) confitentur? verum ut hoc tibi credam metuisse te ne
 obpugnare, quis hoc statuit umquam aut cui con-
 cedi sine summo omnium periculo potest, ut eum <iure 15
 potuerit occidere, a quo metuisse se dicat ne ipse
 posterius occideretur?> ***

52(47) *** boni debent dicere. atque ille legem mihi de XII
 tabulis recitavit, quae permittit, ut furem noctu liceat
 occidere et luci, si se telo defendat, et legem antiquam 20
 de legibus sacratis, quae iubeat inpune occidi eum,
 qui tribunum plebi pulsaverit. nihil, ut opinor, prae-
 53(48) terea de legibus. qua in re hoc primum quaero, quid

T usque ad v. 15 (ut eum) et inde a v. 18 (de lacuna intercedente et de folio traiecto v. ad 17^b, 3)] 10 del. Pey.

12 qui<bus> Cl. dubitanter fecissent T 14—17 quis ... occideretur Quint. 5, 13, 21 (quia fortissime invadunt quod est omnibus periculosum) 14 statutumquam T corr. e Quint. 15—17 add. Pey. e Quint. 17 posterius] potius Francinus prius Capperonnier (aut hoc aut illud Ha.) 18. 19 XII tab.] l. VIII 13 ibique testim. (adde A. Klotz ad Mil. 9 p. 17, 6sq.) totum hunc locum (non deperditum ut Mai opinabatur neque tantum 19^b, 22sq.) respicit Schol. B ad Cic. pro Mil. 9 p. 14, 25 (ob évαντίαν Milonianaē argumentationem): quoniam aliud praesentis negotii conditio poscebat, ipsas quoque XII tabulas adseveravit excubare pro hominum salute quae hanc interemendi potestatem non facile permiserint 26 luce Pey. (ut 19, 4. 17 T) multis sequentibus

ad hoc iudicium recitari istas leges pertinuerit. num quem tribunum plebi servi M. Tulli pulsaverunt? non opinor. num furatum domum P. Fabi noctu venerunt? ne id quidem. num luce furatum venerunt et se telo
 5 defenderunt? dici non potest. ergo istis legibus quas recitasti certe non potuit istius familia servos M. Tulli occidere. 'non' inquit 'ad eam rem recitavi, sed ut
 hoc intellegeres non visum esse maioribus nostris tam
 indignum istuc nescio quid quam tu putas hominem
 10 occidi'. at primum istae ipsae leges quas recitas, ut mittam cetera, significant, quam noluerint maiores nostri, nisi cum pernecesse esset, hominem occidi. primum ista lex sacrata est, quam rogarunt armati ut inermes sine periculo possent esse. quare non iniuria,
 15 quo magistratu munitae leges sunt, eius magistratus corpus legibus vallatum esse voluerunt. furem hoc est
 praedonem et latronem luce occidi vetant XII tabulae: cum intra parietes tuos hostem certissimum teneas, nisi se telo defendit, inquit, etiamsi cum telo venerit,
 20 nisi utetur telo eo ac repugnabit, non occides: quodsi repugnat, 'endoplorato' hoc est conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. quid ad hanc clementiam addi potest, qui ne hoc quidem permiserint, ut domi suae caput suum sine testibus et arbitri[i]s ferro defendere
 25 liceret?

Quis est cui magis ignosci conveniat, quoniam me
 ad XII tabulas revocas, quam si quis quem imprudens
 occiderit? nemo, opinor. haec enim tacita lex est
 humanitatis, ut ab homine consilii, non fortunae poena

T] 2 tr. pl. T 3 uenerint T corr. Pey. 4 nunc luce T corr. Bei. 7 inquit T 13 [primum] Ke. (ut repetitum e v. 10) duce Hu. (de prior vel prima cogit.) recte ut vid. 17. 18 post tabulae gravius, post teneas lenius dist. Hu. (contrario modo priores) 19 defend(er)it Pey. defendet Bai. refragante Mue. inquit T 20 quossi T corr. Pey. (etsi de vetere orthographia cogitat, quam Hu. servat) quidsi Mdv. epist. crit. 92 21 repugna(ver)it Pey. 24 capud T del. Pey. 28 occiderit T teste Pey. (aut sic aut occideret teste Ke.)

repetatur. tamen huiusce rei veniam maiores non dederunt. Nam lex est in XII tabulis: 'si telum manu fugit ma<gis quam iecit>' ***

FRAGMENTA

1. Dicam vim factam a P. Fabi familia, adversarii non negant. damnum datum esse M. Tullio concedis: vici unam rem. vi hominibus armatis non negas: vici alteram. dolo malo factum negas: de hoc iudicium est.

Damnum passum esse M. Tullium convenit mihi cum adversario; vi hominibus armatis rem gestam esse non infitiantur; a familia P. Fabi commissam negare non audent: a dolo malo factum sit ambigitur.

Damnum datum Tullio et vi hominibus armatis et a familia P. Fabi constare dicit: in controversia autem esse, an dolo malo damnum datum sit.

5

T usque ad v. 3 (ma<gis>)] 3 add. Pey. e Cic. Top. 64 (l. VIII 24a)

fragm. 1 sub uno conspectu dedimus testim. a Victorini RL. 209, 22 (illa superior species cum proposuerit quid conveniat, id ipsum ad se inclinat, ut pro se faciat id quod adversarius confitetur, postea vero subiungit id quod sit in controversia, fecit hoc Cicero pro Tullio: 'dicam' inquit 'vim ... negant'. hic proposuit quod adversarii fateantur; deinde ipsum pro se fecit dicendo 'damnum ... rem'. Item adiunxit alteram partem in qua confessionem docet cum dicit 'vi ... alteram'. post quid in controversia sit proponit cum dicit 'dolo ... est') b. Martiani Cap. 5, 556 (ea quae conveniunt tunc enumeranda, si nobis prosunt, ut Cicero pro M. Tullio 'damnum ... ambigitur'. vides ergo hic in partitione a concessis duxisse quod sibi pro-

2. Explicavi *vel* explicavit.

3 (4). Si iudicaveritis sine dolo malo posse familiam congregari, hominem occidi, omnibus facinorosis eandem licentiam permiseritis.

derat) *c. Victoris RL. 419, 24* (sic et M. Tullius fecit pro Tullio 'damnum ... sit': quod est τὸ κρινόμενον quodque adiuvatur plurimum ex his de quibus convenire constitit) *quem his adiungunt Grillii locum attuli et rettuli ad p. 4^b, 11 ac de adhibendo fragm. v. p. 9^b in.*

fragm. 2. Diom. GL. I 372, 21 (explico explicui, quoniam est plico plicui ... sed <ex>plicavi' [*add. σ*] legimus, ut est apud Cic. pro M. Tullio) *et Macr. de diff. GL. V 607, 4* (explico explicui, quia plico plicui: sed Cic. pro Tullio 'explicavit' ait)

fragm. 3 (qui pro fragmento tertio affertur Fortunatiani locus adhibitus est ad p. 10^b, 17 sqq.) Victor RL. 402, 20 (argumenta ducuntur ... ab eventu in fine, ut M. Tullius Cicero 'si ... permiseritis') *quem locum ad Tullianam primus rettulit Ke. assentientibus Ha. aliisque (de loco Victoris quem praeterea huc revocavit Ha. v. ad p. 12^b, 27, eumque quem Hu. adhibuerat RL. 397, 10 sq. recte iam Ke. negabat huc pertinere)*

M. TULLI CICERONIS PRO M. FONTEIO ORATIO

SIGLA

- P = Palimpsestus Vaticanus olim Palatinus XXIV quem B. G. Niebuhr depinxit
V = codex Vaticanus Basilicanus H 25 saec. IX
C = codex Nicolai Cusani fragmenta continens saec. XII ab I. Klein collatus
σ = libri ab Italis correcti (quales sunt cum Monacensis lat. 15734 olim Salisburgensis ab Ha. adhibitus tum Florentinus Bibl. nat. I. IV.5 olim S. Marci 254 [Lagomars. 3] et Parisinus 7779 a. 1459 et Arundelianus 236 Musei Britannici a Cl. collati: quos singulos afferre non iuvat)
v = vulgata lectio
[] delenda significat, < > addita, () suppleta quae legi non possunt

NOTAE

Ang. = N. Angelius
Bai. = I. G. Baiter
Bei. = Beier
Cl. = A. C. Clark (in ed. Oxoniensi 1910)
Ern. = I. A. Ernesti
Faern. = G. Faernus
Ha. = C. Halm (in ed. Orelliana² Turici 1854)
Hot. = F. Hotomanus
Kay. = C. L. Kayser (in ed. Tauchnitziana Lips. 1861)
Kl. = R. Klotz
Lb. = D. Lambinus
Ltb. = Luterbacher (Jahresber. = Ztschr. f. Gymn.)
Mdv. = J. N. Madvig
Man. = P. Manutius
Mo. = Th. Mommsen
Mue. = C. F. W. Mueller

Naug. = Naugerius
Nieb. = B. G. Niebuhr, M. T. C. or. pro Font. etc. fragm. ed. Romae 1820
Or. = I. C. Orelli
Pantag. = Pantagathus
Pluyg. = W. G. Pluygers Mnem. VII
Roensch = diss. Lips. a. 1914, Cur et quomodo librarii verb. colloc. in Cic. or. commutaverint
Schnei. = A. R. Schneider diss. Lips. a. 1876, quaest. in Cic. pro Font. or. cap. IV
Sch. = F. Schoell
Schue. = C. G. Schuetz
Zie. = Th. Zielinski, das Clauselges. in Cic. R. Philol. Suppl. IX 1904

TESTIMONIUM (?)

Cic. Att. 1, 6, 1 (a. 68 i. e. anno post habitam or. pro Fonteio): domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam et exaedificatam animo habebas, M. (M'. Vrsinus recipientibus editoribus fere omnibus) Font(e)ius (add. Vrsinus) emit HS CCCIOOOXXX, id te scire volui, si qui forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. Cf. Schnei. p. 33sq.

1. *exsequitur quod eius causa non sit eadem quae Verris.*

2. *nihil agi illo iudicio, nisi ut magistratus in provinciis non audeant imperare sociis, quod ex usu rei publicae sit.*

3. *cuius (scil. Plaetorii) matrem dixit dum vixisset ludum, postquam mortua esset, magistros habuisse.*

4. *illud vero quid est? quam habet in se rationem, quam consuetudinem, quam similitudinem veritatis? quod ratio, quod consuetudo, quod rei natura respuit, id credendumne est?*

5. *numquid cuiquam iniquissimo disceptatori, haec suspicio relinquenda est?*

De fragmentis ordinandis cf. imprimis Schnei. p. 41sqq.

1 *Victor RL. 400, 13* (a dissimili et in coniectura et in ceteris statibus sic argumenta sumemus, ... ut pro Fonteio M. Tullius exequitur ... Verris) *hoc fragm. falso Kay. XI 2 n. 18 post fragm. Cus. 15 (cf. p. 28^b, 2) posuit; prooemio tribuit Schnei. coll. Mur. 3 et Sull. 2sq. 3—5 Victor RL. 423, 10* (licet etiam principales quaestiones in principio praecerpere, sed praecursu solum atque tactu, <non add. Or.> ut de his quaeri videatur, quomodo ... pro Fonteio M. Tullius nihil ... sit) *locum add. Ha. in Add. respicit huc Cic. § 17 [7] (illud quod initio vobis proposui etc.) unde Victorem hausisse putabat Mue. Philol. XX 519 refutante Schnei. 6. 7 Quint. 6, 3, 51* (pervenit res ubique ad aenigma, qua(1)e est Ciceronis in Plaetorium, Fonteius accusatorem, cuius ... habuisse ... dicebantur autem dum vixit infames feminae convenire ad eam solitae, post mortem bona eius venierant) *8—24, 11 e C (fragm. 1—8) 8 vero ante ratio v. 10 traí. Sauppe Ausgew. Schr. 471 quidem quam C corr. Kl. Jahrb. f. Philol. 1867 p. 193 13 [c]inquam Sauppe recipiente Schnei.*

6. quid potest auctoritatis habere testis in diuidendo suo testimonio falsa veris miscens?

7. hoc ipso argumento cetera testimonia repudiare debetis.

8. latebra mendacii. 5

9. Cn. Pompeius eximia virtute et felicitate in Hispania bellum gessit.

10. industria et studio.

11. Cn. Pompei, summi imperatoris et fortissimi, viri, gestum est subsidiis. 10

4
8
12. frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae copiae e Gallia, equites numero plurimi e Gallia.

12^b. urbs Massilia.

4
9
13. *Gallos post haec dilutius esse poturos.* 15

14. quid pugnant, quid struunt, quid nstuntur?

15^a. re vendita iterum empta.

1 dicendo *Meiser Jahrb. f. Philol. 1866 p. 626 recipientibus omnibus, etsi simplicius dicendo quis sic mutaverit? nescio an divid. dictum sit, ut 'impertitum testimonium' epist. 5, 12, 7 (cf. TG. impertiunt: dividunt) cf. etiam carmen descendentes praem. carmini frat. Arv. et carmina divides Hor. c. 1, 15, 15*

11—13 *Aquila RL. 33, 14 (ob ἀντιστροφὴν vel conversum cuius modi est haec pro Fonteio 'frumenti . . . Gallia') Mart. Cap. 5, 534 (ob ἀντιστροφὴν vel conversionem ut est pro Fonteio '<frumenti add. Grotius post numerus> . . . Gallia') 14 cf. § 13 (urbs Massilia, de qua ante dixi) 15 *Ammianus Marcell. 15, 12, 4 (vini avidum genus [scil. Gallorum] adfectans ad vini similitudinem multiplices potus et inter eos humiles quidam obtusis ebrietate continua sensibus, quam furoris voluntariam speciem esse Catoniana sententia definivit, raptatur discursibus vagis: ut verum illud videatur, quod ait defendens Fonteium Tullius 'Gallos . . . poturos' quod illi venenum esse arbitrabantur [arbitrabuntur Bentley quod . . . arb. Ciceroni dat Klein]) verba ad lacunam post § 20 [10] referebant Wagner in ed. Amm. II 171 et Drumann V 333 refutante Schnei. 45sq. duce Nieb. 40sq. 16 e C (fragm. 9) 17 *Diom. GL. I 368, 28 (vendo vendidi . . . passivum autem eius veneo veni; est tamen apud veteres veneor et venditus sum . . . Cicero causarum decimo tertio 're . . . empta') verba a priori-***

15. *** <o>portuisse an ita dissolvit, ut omnes alii ¹
 dissolverunt? nam ita ego defendo M. Fonteium, iudice^s ¹
 itaque contendo, post legem Valeriam latam *****
 te ** quaestore usque ad T. Crispinum quae<storem>
 5 aliter neminem solvisse; hunc omnium superiorum,
 huius autem omnis qui postea fuerint auctoritatem dico
 secutos. quid accusas, quid reprendis? nam quod in ²
 tabulis dodrantariis et quadrantariis, quas ait ab Hir-
 tuleio institutas, Fonteii officium desiderat, non possum
 10 exeistumare; utrum ipse erret an vos in errorem ducere
 velit. quaero enim abs te, M. Plaetori, possitne tibi
 ipsi probata esse nostra caussa, sei, qua in re abs te
 M. Fonteius accusatur, auctorem habet eum, quem tu
 maxime laudas, Hirtuleium: qua in re autem laudas
 15 Hirtuleium, Fonteius idem fecisse reperitur. reprehendis
 solutionis genus: eodem modo Hirtuleium dissol-
 visse publicae tabulae coarguunt. laudas illum, quod
 dodrantarias tabulas instituerit: easdem Fonteius in-
 stituit et eodem genere pecuniae. nam ne forte sis
 20 nescius et istas tabulas exeistumes (a)d (diversam v)e-
 (te)ris (ae)ris alieni rationem pertinere, ob unam causam

bus ad fragmenta ex commentariis causarum (IV) relatum recte ad Fonteianam rettulit P. Hildebrandt, de schol. Cic. Bob. (Gotting. 1889) p. 19 (fort. inter 26^b, 2 et 5 verba ponenda sunt)

1—26, 2 e P (*fragm. I*) 1 *add. Nieb. praecessisse suspicans velut <utrum iam vobis videbitur in solvendo aliam a Fonteio rationem teneri o>portuisse* 2 *dissolverint P corr. Nieb.*
 3. 4 (a Marco Fonteio) *Nieb. (a Me)te(llo) Mo. Gesch. d. R. Münzw. p. 383 adn. 55, quod prius spat. non explet (nec posse de Metello cogitari contenderat Nieb.)* 4 *us||quae P titum P que P suppl. compendium Nieb. (pro Q. cf. Ter. Scaur. GL. VII 15, 19sq.)* 7 *ad accusas (P) et causam (21 P) cf. Quint. 1, 7, 20 et Cornut. GL. VII 149, 12sq., al. repraendis P* 8 *dodrantaris P* 9 *non . . . uelit (11) etiam C possum ex possimus C* 10 *uos P alios C ducere P induci ex indici C inducere Mdv. Adv. III 120sq. adn.* 11 *tiul P* 15 *repraehendis P (et repraehensos 26^b, 11)* 16 *disso||uisse P* 18 *in*||tituerit P* 19 *pecuniam P corr. Nieb.* 20 **d*****e**||ris P suppl. Nieb.* 21 *aliaeni P*

et in uno genere sunt institutae. nam cum publicaneis, qui Africam, qui Aquil(e)niense por(torium) ***

4 16. si nulla pecunia numerata est, cuius pecuniae
7 quinquagesima est?

2 17. *** cite ** nemo, nemo, inquam, iudices, reperie- 5
3 tur, qui unum se in quaestura M. Fonteio nummum
dedisse aut illum ex ea pecunia, quae pro aerario sol-
veretur, detraxisse dicat; nullius in tabulis ulla huius
furtei significatio, nullum in ieis nominibus intertrimenti
aut deminutionis vestigium reperietur. atqui homines, 10
<s>ei qui in hoc genere quaestionis accusatos et re-
prehensos videmus, preimum testibus — difficilest enim
eum, qui magistratui pecuniam dederit, non aut induci
odio, ut deicat, aut cogei re(lig)ione — deinde, se(i)
qua gratia testes deter(r)entur, tabulae quidem certe in- 15
corruptae atque integrae manent. fac omnis amicissu-
mos Fonteio fuisse, tantum hominum nume(r)um igno-
tissimorum atque alienissimorum pepercisse huius
capiti, consuluisse fam(a)e: res ipsa tamen ac ratio
l(it)erarum confectioque tabularum habet hanc vim, ut 20
ex acceptis et datis quidquid fingatur aut surrupiatur

2 add. Mo. suppl. Nieb. conducta habebant pergens. cf. ad 24^b, 17 3. 4 Victor RL. 397, 18 (argumenta ducuntur a toto, a parte . . . ut M. Tullius in defensione fecit pro Fonteio 'si . . . numerata est', quod est totum, 'cuius . . . est', quod est pars)

5—27, 6 e P (fragm. II) 5 cite in principio folii ultimis versiculi ductibus erasis <re>||cite<t> aut <nt> aut <(n)tur> Nieb. (quidni <re>cite<m>, velut quid tabulas r.? cf. Verr. 2, 13)

9 ies, i s. es P 10 aũdeminutinis, o s. in P omnes Nieb.

11 ei qihoc, in s. ih P <i>ei quos in hoc Nieb. (et premantur pro preimum) [12] si qui <tenentur> hoc Mo. (Ha.) si qui in hoc (et accusati sunt, repr.) Mdv. in Add. (contra <accusati sunt> post si qui Schenk Zschr. f. ö. Gymn. 1867 p. 456 sq.) <s>ei qui (vel quei si forte q-i fuit) corr. et parenthesis in sequentibus sign. Sch. anacolutiam servans (pergere debebat deinde tabulis . . . utuntur vel similiter) 11 re||praehensos P 14 re***i||one P suppl. Nieb. se* P 15 add. Nieb. 16 amicissum||mas P corr. Nieb. 17 nume*||um P 18 atquae P 19 add. Nieb. 20 l***erarum P suppl. Nieb. 21 quicquid Kay. fort. recte

aut non constet, appareat. acceptas populo Romano pecunias omnes istei rettulerunt; sei protinus aliis aequae magnas aut solverunt aut dederunt, ut, quod acceptum populo Romano est, id expensum quoipiam sit, certe nihil potest esse detractum. sin aliqui<d> domum tulerunt, ex eorum arca, e ra***

18. ***deorum hominumque fidem! testis non invenitur in ducenti<en>s et triciens sestertio? quam multorum hominum? sescentorum amplius. quibus in terris gestum negotium est? illo, illo, inquam, loco, quem videtis. extra ordinemne pecunia est data? immo vero nummus nu(l)lus sine litteris multis commotus est. quae est igitur i(st)a accusatio, quae (f)acilius possit A(l)pis quam pauc(o)s aerari gradus ascendere, diligentius Rutenorum quam p<opuli> R<omani> defendat aerarium, lubentius ignotis quam noteis utatur, alienigenis quam domesticis testibus, planius se confirmare crimen lubeidine barbarorum quam nostrorum hominum litteris arbitretur? duorum magistratum, quorum uterque in pecunia maxuma tractanda procurandaque versatus est, triumviratus et quaesturae, ratio seic redditur, iudices, ut in iis rebus, quae ante oculos gestae sunt, ad mu<l>tos pertinuerunt, confectae publicis privatisque tabulis sunt, nulla significatio furtei, nulla alio quous delicti suspicio reper<i>atur.

Hispaniensis legatio consecutast turbulentissimo rei publicae tempore, cum adventu L. Sullae maximi exercitus in Italia[m] civium dissiderent <a> iudiciis ac

1 p- P (item 4) 4 id||dexpensum P 5 add. Mo. 6 ra-
<tionibus> suppl. Nieb., cui <accepti et expensi constabit> add.
Mo. 7—28^b, 2 e P (fragm. III) 8 add. Mo. 12 add. Nieb.
13 que P suppl. Nieb. 15 rutaenorum P prdefendit P corr. Nieb.
20 uterquae et quaesturae (21) P 20. 21 pro||curandoquer||sa-
tus P 22 que P geste P 23 mu||tos P corr. Nieb. confecte
et priuatisquae P 24 sint P corr. Nieb. (de gestae sint et perti-
nuerint cogit Ha.) 25 referatur P corr. Mdv. Adv. III 120 con-
firmante Zie. 786 (cf. etiam Ltb. Jb. 1911 p. 203 et Schoenberger
Jb. 425) proferatur Kay. 26 reip. P 28 <de> iudiciis Nieb.,

legibus; atque hoc rei publicae statu desperato qualis ***

5
11 [1. 1] *** hoc praetore oppressam esse <aere> alien[is]o Galliam. a quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt? a Gallis? nihil minus. a quibus 5 igitur? a civibus Romanis, qui negotiantur in Gallia. cur eorum verba <non> audimus? cur eorum tabulae nullae proferuntur? insector u<1>tro atque insto accusatori, iudices; insector, inquam, et flagit[i]o testis. plus ego in hac causa laboris et operae consumo in pos- 10 cendis testibus quam ceteri defensores in refutandis. audaciter hoc dico, iudices, non temere confirmo. referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum. nemo Gallorum sine cive Romano quicquam negotii gerit, nummus in Gallia nullus sine civium Ro- 15 12 manorum tabulis commovetur. [2] videte, quo descendam, iudices, quam longe videar ab consuetudine mea et cautione ac diligentia discedere. una<e> tabulae proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam <M.> Fonteio datam, unum ex ta<n>to 20 negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum numero testem producant[ur]: vere accusatum esse concedam. pro di immortales, quae haec est

nisi in Italia[m] post civium traiciatur ('quidni in Italia civium?' Ha.) <vi et armis, non> iudicii (et antea cives) Mo. similiaque Schenk l. s. s. et Cl. obloquente A. Klotz Berl. Phil. Woch. 1912 col. 499 de <solutis> vel simili participio inserendo cogitante, ubi <a> Sch.

post 2 Schnei. posuit fragm. e C 10—17, quae errore om. Mue. (cum eoque Cl.), sed in praef. vol. III p. CXXXVIII sq. 'vehementer dolens' suppl.: haec vero non pertinere ad Fonteianam, sed ad Flaccianam demonstravit Traube Abh. d. bayer. Ak. XIX 2 p. 367 [71] sqq. assentiente Wissowa Gött. gel. Anz. 1895 p. 741; dubitante Landgraf Jb. XXI 76 p. 27, unde accuratius explanavit Sch. (Rh. Mus. LI 392 sqq.) inde a 3 omnia e V 3. 4 add. et del. σ (vix alienis o<pibus>) 4 calliam V 5 tactas V corr. σ (vel t<r>actas falso) 7 add. σ ('nolim nulla' Ha.) 8 add. σ 12 audacter σ 18 add. σ 20 M. add. Bai. unam V (corr. σ) toto V σ corr. Ha. (tot Gulielmuis) cf. 30^b, 14 al. 22 del. σ

causa, quae defensio? provinciae Galliae M. Fonteius praefuit, quae constat ex iis generibus hominum et civitatum, qui, ut vetera mittam, partim nostra memoria bella cum populo Romano acerba ac diuturna gesserunt, partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triumphis ac monumentis notati, modo ab senatu agris urbibusque multati sunt, partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt multoque eius sudore ac labore sub populi Romani imperium dicionemque ceciderunt. [3] est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula populi Romani ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et obiectum; est item urbs Massilia, de qua ante dixi, fortissimorum fidelissimorumque sociorum, qui Gallicorum bellorum pericula <populo> Rom<ano> copiisque remis compensarunt; est praeterea numerus civium Romanorum atque hominum honestissimorum. [2] huic provinciae, quae ex hac generum varietate constaret, M. Fonteius, ut dixi, praefuit: qui erant hostes, subegit, qui proxime fuerant, eos ex iis agris, quibus erant multati, decedere coëgit, ceteris, qui idcirco magnis saepe erant bellis superati, ut semper populo Romano parerent, magnos equitatus ad ea bella, quae tum in toto orbe terrarum a populo Romano gerebantur, magnas pecunias ad eorum stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperavit. [4] [h]is qui gessit in iu-

5 [partim] *Mdv. Adv. II 197 obloquente Mue.* a 6 16 P. R. copiisque remis V, sed que et e V² P. R. copiis remisque 6 (remi<gibu>sque *Or.*) populo Romano †copiisque remis *Ha.* populi Romani copiis <at>que <p>raemiis *Mdv. in Add. (quod miror placuisse Kay. et Mue. nedum pr<ae>cipuis <p. R. p>raemiis Cl. recte obloquente A. Klotz l. s.)* p. R. copiis <ac tri>-remibus *Sch. (-B. et -S ut saepe confusis) cf. Liv. 26, 19, 13, 22, 13, 5 compensarunt V (puncto fortuito add.)* 17 <maximus> numerus *Hot. perperam (etsi recepit Cl.)* [atque] *Hot.* atque <equitum> *Cl.* 20 proximi V 6 corr. *Hot.* 21 acris V 27 is <haec> qui *Ang.* is qui <ea> *Kay.*

dicium vocatur, vos qui in re non interfuistis causam
 una cum populo Romano cognoscitis, dicunt contra
 quibus invitissimis imperatum est, dicunt qui ex agris
 ex Cn. Pompei decreto decedere sunt coacti, dicunt qui
 ex belli caede et fuga nunc primum audent contra ⁵
 M. Fonteium inermem consistere. quid? coloni Nar-
 bonenses quid volunt, quid existimant? hunc incolumem
 per vos volunt, se[m] per hunc existimant esse. quid
 Massiliensium civitas? hunc praesentem iis adfecit ho-
 noribus, quos habuit amplissimos; vos autem absens ¹⁰
 orat atque obsecrat, ut sua religio, laudatio, auctoritas
 aliquid apud vestros animos momenti habuisse videat-
¹⁵ur. [5] quid? civium Romanorum quae voluntas est?
 nemo est ex tanto numero, qui<n> hunc optime de pro-
 vincia, de imperio, de sociis et civibus meritum esse ¹⁵
⁷ arbitretur. [3] quoniam igitur videtis qui oppugnatum
 M. Fonteium, cognostis qui defensum velint, statuit<e>
 nunc quid vestra aequitas, quid populi Romani digni-
 tas postulet, utrum colonis vestris, negotiatoribus ves-
 tris, amicissimis atque antiquissimis sociis et credere ²⁰
 et consulere malitis an is, quibus neque propter ira-
 cundiam fidem neque propter infidelitatem honorem
¹⁶ habere debetis. [6] quid? si maiorem etiam hominum
 honestissimorum copiam adferam, quae huius virtuti
 atque innocentiae testimonio possit esse, tamenne plus ²⁵
 Gallorum consensio valebit quam summae auctoritatis

2 cum P·R·V populo ·R· σ praetore *Faern.* (*Nieb.*) *improbante*
Or. 3 ex *del. Schue. c. al.* 4 ex *del. Ern.* 5 bello V σ
corr. Mdv. 6 *dist. Mue.* (quid col. Narb.? *prior*) 7 in-
colorem post prius hunc trai. Sch., post alt. habent V (inco-
colorem) σ (*ubi incolumes Naug. servantibus omnibus quod*
subintellegitur praecedente singulari) 8 <salvum> volunt *Cl.*
del. Naug. 11 [laudatio] *Pluyg. 199* 12 aput V 14 qui V¹
 quia V¹ (quin σ) 16 videtis] iudices *Cl. c. σ probante Ltb.*
Jb. 1911 p. 199 (cognostis post velint *trai. c. σ*) *improbantibus*
A. Klotz l. s. et Schoenberger Berl. Phil. Woch. 1913 col. 333sq.
(vel <iudices> videtis) oppugnant vel oppugnent σ 21 an
adversariis (om. malitis) σ 24 *ferta V¹ adferta V² corr. Ha.* (*affert*
vel affero σ) qui (et 25 possint) σ 26 *summa auctoritas σ*

<h>ominum? cum Galliae Fonteius praeeset, scitis,
 iudices, maximos populi Romani exercitus in duabus
 Hispani<i>s clarissimosque imperatores fuisse. quam
 multi equites Romani, quam multi tribuni militum, qua-
 5 lis et quot et quotiens legati ad eos <exierunt>. exer-
 citus praeterea Cn. Pompei maximus atque ornatissi-
 mus hiemavit in Gallia M. Fonteio imperante. satisne
 vobis multos, satis idoneos testes et consci[ss]os videtur
 ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quae M. Fonteio
 10 praetore gererentur in Gallia? quem ex tanto homi-
 num numero testem in hac causa producere potestis?
 quis est ex eo numero, qui vobis auctor placeat? eo
 nos iam laudatore et teste utemur. [7] dubitabitis etiam 17
 diutius, iudices, quin illud, quod initio vobis proposui,
 15 verissimum sit, aliud per hoc iudicium nihil agi, nisi
 ut M. Fonteio oppresso testimoniis eorum, quibus multa
 rei publicae causa invitissimis imperata sunt, segniores
 posthac ad imperandum ceteri sint, cum videatis eos
 oppugnare, quibus *** populi Romani imperium in-
 20 colum[e]s] esse non possit?

[4] Obiectum est etiam quaestum M. Fonteium ex 8
 viarum munitione fecisse, ut aut ne cogeret munire aut
 id quod munitum esset ne improbaret. si et coacti sunt
 munire omnes et multorum opera improbata sunt, certe
 25 utrumque falsum est, et ob vacationem pretium datum,
 cum immunis nemo fuerit, et ob probationem, cum
 multa improbata sint. [8] quid? si hoc crimen optimis 18
 nominibus delegare possimus et ita, non ut culpam in

1 omnium Vσ corr. Faern. c. al. (cf. Schoenberger l. s.)

4 TR· Mil· V 5 add. Pluyg. l. s. 8 del. σ 10 <ec>quem
 (et 12 <ec>quis) Lb. 17 seniores V¹ corr. V² 18 uideant
 σ^c (Mdv. Adv. III 122) 19 oppugnari σ^c quibus V quibus
 <oppressis> σ <victoribus> Nieb. <imperata sint ea sine qui-
 bus> Mo. <si cesseritis> (vel <nisi restiteritis>) Mue. <vincen-
 tibus, eos autem oppugnari, quibus oppressis> Mdv. l. s. 121
 25 esset V corr. σ (vel esset et) 26 et opprobationem V
 27 sunt Vσ corr. ed. Rom. 28 denegare σ possimus Vσ (vel
 possumus)

alios transferamus, sed uti doceamus eos isti munitioni praefuisse, qui facile officium suum et praestare et probare possunt, tamenne vos omnia in M. Fonteium irati(s) testibus freti conferetis? cum maioribus rei publicae negotiis M. Fonteius impediretur, et cum ad rem publicam pertineret viam Domitiam muniri, legatis suis, primariis viris C. Annio Bellieno et C. Fonteio negotium dedit: itaque praefuerunt; imperaverunt pro dignitate sua quod visum est et probaverunt: quod vos, si nulla alia ex re, ex litteris quidem nostris quas exscripsistis et missis et adlatis certe scire potuistis. quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi rescripserint, cognoscite.

L. M. AD C. ANNIUM LEG., AD C. FONTEIUM LEG., L. 15
 19 <A.> A C. ANNIO LEG., AB C. FONTEIO LEG. [9] satis opinor esse perspicuum, iudices, hanc rationem munitionis neque ad M. Fonteium pertinere et ab iis esse tractatam, quos nemo possit reprehendere.

9 [5] Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi invidiosissimum et maximum esse voluerunt. crimen a Plaetorio, iudices, ita constitutum est, M. Fonteio non in Gallia primum venisse in mentem, ut portorium vini institueret, sed hac inita iam ac proposita ratione Roma[m] profectum. itaque Titurium Tolosae quater nos denarios in singulas vini amp(h)oras portorii nomine exegisse, Croduni Porcium et Munium ternos + vic-

2 facite V 6 domitiam V munire V σ corr. Hot. 7 Bellieno V 8 itaque Ha. ('malim') 9 sua <cuique> Sylvius 10 ex quas scripsistis V corr. Faern. quas scripsistis σ del. Kahnt progr. Zeitz 1829 p. 10sq. 15 L. M. = litterae missae (Or. L. = 'lege' priores) ad Cannium V ad C. Cannium (vel Caninium) σ corr. Ang. 16 <A.> Or. (= acceptae, sed recte = adlatae Ha. cf. v. 11 et Verr. 3, 167) a. G. (C. σ) Cannio V σ (vel Cannio) corr. Ang. (a) Mue., ut mox V σ 19 tractatum V¹ tractatum V² 20 ille V 21 voluere V 22 a fonteio V σ corr. Ha. c. al. 24 hac om. σ in Italiam ac V σ (vel Italia hac) corr. Kay. (in Italia iam hac Ha.) 27 Segoduni

toriatos m., Vulchalone Servaeum binos et victoriatos
 m, atque in his locis [sc. Croduni et Vulchalone] ab
 iis portorium esse exactum, si qui Cobiomacho — qui
 vicus inter Tolosam et Narbonem est — deverterentur
 5 neque Tolosam ire vellent, Elesio Duluscantum senos
 denarios ab iis, qui ad hostem portarent, exegisse[nt].
 [10] video, iudices, esse crimen et genere ipso magnum 20
 — vectigal enim esse inpositum fructibus nostris dici-
 tur, et pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse
 10 confiteor — et invidia[m] vel <maximum>: maxime
 enim inimici hanc rem sermonibus divulgare voluerunt.
 sed ego ita existimo, quo maius crimen sit id quod
 ostendatur esse falsum, hoc maiorem ab eo iniuriam
 fieri qui id confingat. vult enim magnitudine rei sic
 15 occupare animos eorum qui audiunt, ut difficilis adi-
 tus veritati relinquatur.

DE CRIMINE VINARIO. DE BELLO <V>CONTIORUM. DE
 DISPOSITIONE HIBERNORUM.

[6. 11] 'At hoc Galli negant'. at r(a)tio rerum et vis 10
 20 argumentorum coarguit. potest igitur testibus iudex 21
 non credere? cupidis et iratis et coniuratis et ab reli-
 gione remotis non solum potest, sed etiam debet. ete-

*hic et 2 Mo. in excursu apud Ha. (= Kl. Schr. VII 37)
 refutante Mdv. in Add. (cf. etiam Holder Atkelt. Spr.sch. s.
 Crodunum, Vulchalo, Cobiomachos, Elesius (?), Duluscantum)
 ad Munium et Servaeum (v. 1) contra Mdv. cf. Buecheler
 Kl. Schr. I 72sq.*

1 [victoriatos n.] Mo. <et> victoriatum Cl. (ex ^{um} repetens
 mendum) ut mox Mo. 2 Volcalone Mo. secrodunt vulchalone
 V^σ corr. Mdv. et Vrs. interpretamentum ad his locis del.

3 his σ siquis V cobiamacho σ Cobiomago aut Eburomago
 (sic Ha.) Mo. 4 deuortentur V² 5 Elesiodulis (-duni? Cl.)
 C. Anium Pantag. nec minus incerta alii (velut Tolosae Odu-
 luscantum Mo.) 6 del. Pantag. 8 fructibus nostris] cf. Posi-
 donius apud Athen. 4 p. 152 C 10 del. Ern. add. Pluyg. 197
 (<maximam> serv. invidiam Sauppe Ausgew. Schr. 472. 542)

11 divulgari Pluyg. probantibus Kay. et Mue. refutante Zie. 786

17 add. σ 19 ad hoc V atrio V actio σ corr. Fa. c. al.

20 coargui potest .. et iudices et 22 potestis, sed debetis σ

nim si qu<i>a Galli dicunt idcirco M. Fonteius nocens existimandus est, quid mihi opus est sapiente iudice, quid aequo quaesitore, quid oratore non stulto? dicunt enim Galli: negare non possumus. hic si ingeniosi et periti et aequi iudicis has partes esse existimatis, ut, 5 quoniam quidem testes dicunt, sine ulla dubitatione credendum sit, Salus ipsa virorum fortium innocentiam tueri non potest; sin autem in rebus iudicandis non minimam partem ad unam quamque rem existimandam momentoque suo ponderandam sapientiam iudicis 10 *** ne multo vestrae maiores gravioresque partes sint ad cogitandum quam ad dicendum meae. [12] mihi enim semper una quaque de re testis non solum semel, verum etiam breviter interrogandus[e]t, saepe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum 15 data aut cupido auctoritas adtributa esse videatur; vos et saepius eandem rem animis agitare et diutius uno de teste cogitare potestis et, si quem nos interrogare noluimus quae causa nobis tacendi fuerit, existimare debetis. quam ob rem, si hoc iudici praescriptum lege 20 aut officio putatis, testibus credere, nihil est cur alius alio iudice melior aut sapient<i>or existimetur [his]. unum est enim et simplex aurium iudicium et promisce et communiter stultis ac sapientibus ab natura 23 datum. [13] quid est igitur ubi elucere possit prudentia, ubi discerni stultus auditor et credulus ab religioso 25

1 *add. σ* 3 *quaestio* V *corr. σ* 5 *iudices* V 7 *Salus Man. (Hot.) salus priores* 9 *partem <tenere> Cl. aestimandam Naug. c. al.* 10 *iudicis ne V iudicis <tenet>ne (et sapientia) σ (ubi <tenet, videte> Fa.) iud. <valere existimatis, videte> ne Fleckeisen Philol. II 67, cuius rationem probat Mue., cum Ha. <videte> sufficere contendat esse existimatis ex v. 5 supplens* 11 *uostrae V² sunt σ recipientibus Ern. Rkl. Schenkl l. s. s. 456sq. refutante Mue.* 14 *del. Sch. (∪∪∪∪∪∪∪) duce Rkl. (e<s>t) et Hot. (<est> int. et)* 17 *uno<quoque> ed. Hervag.* 19 *nolumus ed. Rom.* 22 *sapienter Vσ del. σ (de esse cogit. Ha. ex tis ad -tur adscr. derivat Cl.)* 23. 24 *promiscue σ*

et sapienti iudice? nimirum illud, in quo ea quae dicuntur a testibus coniecturae et cogitationi traduntur, quanta auctoritate, quanta animi aequitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis¹ bonae, quanta cura, quanto timore dicantur. [7] an vero vos id in testimoniis hominum barbarorum 11 dubitabitis, quod persaepe et nostra et patrum memoria sapientissimi iudices de clarissimis [dubitandum] nostrae civitatis viris dubitandum non putaverunt? qui 10 Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt, quorum virtuti, generi, rebus gestis fidem et auctoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit. [14] ecquem hominem vidimus, ecquem vere 24 15 commemorare possumus parem consilio, gravitate, constantia, ceteris virtuti[bus], honoris, ingeni, rerum gestarum ornamentis M. Aemilio Scauro fuisse? tamen huius, cuius iniurati nutu prope terrarum orbis regebatur, iurati testimonio neque in C. Fimbriam neque in C. Memmium creditum est: noluerunt ii qui iudicabant hanc 20 patere inimicitias viam, quem quisque odisset, ut eum testimonio posset tollere. quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat? tamen [h]is, cuius etiam sermo testimonii auctoritatem 25 habebat, testimonio ipso quae in M. Marcellum inimico animo dixit probare non potuit. [15] fuit, fuit illis iudicibus divinum ac singulare [iudicium] consilium, qui se non solum de re [iudicium], sed etiam [de accusa-

1 iud. V 2 coniectura σ cogitatione V^σ corr. Hot. c. al.
 7 dubitabitis dubitabitis V 8 del. σ 10 et quae V bis
 14 haecquem V bis et quem σ corr. ed. Rom. uero Gulielmus fere Cl. 16 del. Koch progr. Schulpf. 1868 p. 5 (cf. de imp. Gn. Pomp. 51) in***** V¹ ingeni rerum V² 17 aemilli*** auro V¹ suppl. V¹ eius Schue. (huius ante iurati traī. Ern.)
 20 ·ii· V si σ 21 viam] quam V 22 possit V^σ (vel posset)
 27 del. Mo. (iudicem vel iudices vel iudicii σ) 28 iud. del. Naug.. de acc. Sauppe Ausgew. Schr. 472 (cf. Mue. iudicare = iudicem esse)

tore,] de teste iudicare arbitrabantur, quid fictum, quid fortuna ac tempore adlatum, quid pretio corruptum, quid spe aut metu depravatum, quid a cupiditate aliqua aut inimicitiiis profectum videretur. quae si iudex non amplectetur omnia consilio, non animo ac mente 5 circumspiciet, si, ut quidque ex illo loco dicitur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur, profecto satis erit, id quod dixi antea, non surdum iudicem huic muneri atque officio praesse; nihil erit quam ob rem ille nescio quis sapiens homo ac multarum rerum peritus ad res 10 iudicandas requiratur. [8. 16] an vero illi equites Romani quos nos vidimus, qui nuper in re publica iudiciisque maximis floruerunt, habuerunt tantum animi, tantum roboris, ut M. Scauro testi non crederent: vos Volcarum atque Allobrogum testimoniis non credere 15 timetis? si inimico testi credi non oportuit, inimicior Marcello Crassus aut Fimbriae Scaurus ex civilibus studiis atque obtreptione domestica quam huic Galli? quorum qui optuma in causa sunt, equites, frumentum, pecuniam semel atque iterum ac saepius invitissimi 20 dare coacti sunt, ceteri partim ex veteribus bellis agro multati, partim ab hoc ipso bello superati et oppressi. 27 [17] si, qui ob aliquod emolumentum suum cupidius aliquid dicere videntur, iis credi non convenit, credo maius emolumentum Caepionibus et Metellis propositum fuisse ex Q. Pompei damnatione, cum studiorum suorum obtreptatorem sustulissent, quam cunctae Galliae ex M. Fonteii calamitate, in qua illa provincia prope

2 <a> fortuna *Lb.* 6 ut quicquam σ ut quidquid *Naug.* 'fort. isto' *Ha.* 8 [iudicem] *Mdv. in Add. probantibus multis refutante Mue.* 13 maxime *Rkl. recte ut vid.* 14 l. scauro *V corr. σ* (vel *L. <Crasso M.> Scauro non recte probante Cl.*) 14sq. *huc spectat Quint. 11, 1, 89* (quod ad nationes exteras pertinet Cicero varie . . . Allobrogas ut hostes insectatur: quorum nihil tunc cum diceretur parem aptum aut remotum cura decoris fuit) 15 vulgarum *V corr. Graev.* (belgarum σ) 18 calli *V* 19 optumo *V corr. σ* (vel optumi) 20 saepius] semper *Mo.* 21 acro *V* 28 ille *V corr. σ*

suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitrat-
 tur. an, si homines ipsos spectare convenit — id quod
 in teste profecto valere plurimum debet — non modo
 cum summis civitatis nostrae viris, sed cum infi[r]mo
 5 cive Romano quisquam amplissimus Galliae comparan-
 dus est? scit Indutiomarus quid sit testimonium di-
 cere? movetur eo timore quo nostrum unus quisque
 cum in eum locum productus est? [9. 18] recordamini,¹³
 iudices, quantopere laborare soleatis, no(n) modo quid²⁸
 10 dicatis pro testimonio, sed etiam quibus verbis utamini,
 ne quod minus moderate positum, ne quod ab aliqua
 cupiditate prolapsum verbum esse videatur; vultu de-
 nique laboratis ne qua significari possit suspicio cupi-
 ditatis, ut et cum proditis existimatio sit quaedam ta-
 15 cita de vobis pudoris ac religionis et cum disceditis ea
 diligenter conservata ac retenta videatur. [19] credo²⁹
 haec eadem Indutiomarum in testimonio timuisse aut
 cogitavisse, qui primum illud verbum consideratissi-
 mum nostrae consuetudinis 'arbitror', quo nos etiam
 20 tunc utimur, cum ea dicimus iurati quae comperta ha-
 bemus, quae ipsi vidimus, ex toto testimonio suo sustu-
 lit atque omnia se 'scire' dixit. verebatur enim vide-
 licet, ne quid apud vos populumque Romanum de ex-
 istimatione sua deperderet, ne qua fama consequeretur
 25 eius modi, Indutiomarum, talem virum, tam cupide,
 tam temere dixisse; non intellegebat se in testimonio
 nihil praeter vocem et os et audaciam neque civi-
 bus suis neque accusatoribus nostris praestare debere.
 [20] an vero istas nationes religione iuris iurandi ac³⁰
 30 metu deorum immortalium in testimoniis dicendis com-

4 del. σ^c 7 unumquisque V 9 quanto opere v (non V
 servante Mue. [non Cl.]) ne (corr. in no) V 11 positum,
 s. s. os V 12 prolapsus V 14 existimatio est V corr. ed.
 Rom. 15 et] at V corr. σ^c (vel ac ante cum) 26 non] hoc
 Ba. Schol. hypomn. V 180 refutante Sauppe l. s. 27 [vo-
 cem et] os Ba. probante Klein contra os [et audaciam] Pluyg.
 199 probante Kay., cum vocem; [et] os et audaciam dist. Raue
 II 71 (quos omnes redarguit Plaut. Mil. 192)

moveri arbitramini? quae tantum a ceterarum gentium more ac natura dissentiunt: quod ceterae pro religionibus suis bella suscipiunt, istae contra omnium religiones; illae in bellis gerendis ab dis immortalibus pacem ac veniam petunt, istae cum ipsis dis immortalibus 5
 14 bella gesserunt. [10] hae sunt nationes, quae quondam tam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium atque oraculum orbis terrae vexandum ac spoliandum profectae sunt. ab isdem gentibus sanctis et in testimonio religiosis obsessum Capi- 10
 11 tolium est atque ille Iuppiter, cuius nomine maiores nostri vinctam testimoniorum fidem esse voluerunt.
 31 [21] postremo his quicquam sanctum ac religiosum videri potest, qui etiamsi quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitra[ba]ntur, humanis hostiis 15
 12 eorum aras ac templa funestant, ut ne religionem quidem colere possint, nisi eam ipsam prius scelere violarint? quis enim ignorat eos usque ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolatorum? quam ob rem quali fide, quali 20
 13 pietate existimatis esse eos, qui etiam deos immortalis arbitrentur hominum scelere et sanguine facillime posse placari? cum his vos testibus vestram religionem coniungetis, ab <his> quicquam sancte aut moderate dic- 25
 32 tum putabitis? [22] hoc vestrae mentes tam castae, tam integrae sibi suscipient, ut, cum omnes legati nostri, qui illo triennio in Galliam venerunt, omnes equites Romani, qui in illa provincia fuerunt, omnes negotiatores eius provinciae, denique omnes, in Gallia qui sunt socii populi Romani atque amici, M. Fonteium in- 30
 14 columem esse cupiant, iurati privatim et publice lau-

12 sanctam σ 13 postremum σ iis σ quisquam V teste Cl. (nisi spectat ad v. 24) 15 del. σ hostis V 21 esse nos V corr. σ (hos RKL.) 22 scelere] caede Pluyg. 200 probantibus Kay. RKL. refutante Mue. 24 ab] aut σ add. ed. Hervag. c. al. sanctafavi moderatae V corr. σ (de sancti aut moderati cogit. Ha.) 27 inequites V (praecepto in sequente?)

dent, vos tamen cum Gallis iu<gu>lare malitis? quid ut secuti esse videamini? voluntatemne hominum? gravior igitur vobis erit hostium voluntas quam civium? an dignitatem testium? potestis igitur ignotos notis, iniquos aequis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercennarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio ac nomini bonis ac fidelibus et sociis et civibus anteferre?

[11. 23] An vero dubitatis, iudices, quin insitas inimicitias istae gentes omnes et habeant et gerant cum populi Romani nomine? sic existimatis eos <h>ic sagatos bracosque versari animo[s] demisso atque humili, ut solent ii qui adfecti iniuriis ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt? nihil vero minus. hi contra vagantur laeti atque <e>recti passim toto foro cum quibusdam minis et barbaro atque immani terrore verborum: quod ego profecto non crederem, nisi aliquotiens ex ipsis accusatoribus vobiscum simul, iudices, audissem, cum praeciperent, ut caveretis ne hoc absoluto novum aliquod bellum Gallicum concitaretur. [24] si M. Fonteium, iudices, in causa deficerent omnia, si turpi adulescentia, vita infami, magistratibus quos ante oculos vestros gessit ***, convictus virorum bonorum testimoniis, legationibus flagitiose obitis, invisus suis omnibus in iudicium vocaretur, si in eo iudicio colonorum populi Romani Narbonensium, fidelissimo-

1 iurare V corr. Mue. credere (del. cum ante Gallis) σ (stare Cobet Mnem. II 5 peierare Koch l. s. s. alii alia) 4 potestis —8 etiam C 8sq. huc et ad p. 40^b v. 8sq. spectat Schol. B in or. pro Flacco 19 p. 99, 28 St. (similiter et de Gallis pro Fonteio scil. ut de Graecorum odio imperii Romani) 11 eosic V corr. Naug. (eos sic σ^c) 12 bragatosque V corr. σ^c versari, o s. e V demissos V¹ corr. V² 13 hii V ii σ^c iniuris V 15 hii V hi σ^c (vel ii at v. 13 qui Pluyg. 201) add. σ^c 22 inf*** V¹ suppl. V² 25 lac. sign. Lb. (velut <male [vel pessime] gestis>) conuictis V corr. σ^c (vel coniunctus) [virorum bonorum testimoniis] Mdv. Adv. II 197 24 inultus V corr. Man. (inultis σ^c)

rum sociorum Massiliensium, civium Romanorum omnium testimoniis tabulisque premeretur, tamen esset vobis magnopere providendum, ne, quos ita adflictos a vestris patribus maioribusque accepissetis ut contem-
 5 nendi essent, eos pertimuisse et eorum minis et ter-
 35 rore commoti esse videremini. [25] nunc vero cum laedat nemo bonus, laudent omnes vestri cives atque socii, oppugnent id qui saepissime hanc urbem et hoc imperium oppugnarunt, cumque inimici M. Fonteii vobis ac populo Romano minentur, amici ac propin-
 10 qui supplicent vobis, dubitabitis non modo vestris civibus qui maxime gloria ac laude ducuntur, verum etiam exteris nationibus <et> gentibus ostendere vos
 16 in sententiis ferendis civi parcere quam hosti cedere
 36 maluisse? [12. 26] magna mehercules causa, iudices, 15
 absolutiois cum ceteris causis haec est, ne qu<a>e insignis huic imperio macula atque ignominia suscipiatur, si hoc ita perlatum erit in Galliam, senat<or>es equitesque populi Romani non testimoniis Gallorum, sed minis commotos rem ad illorum lubidinem iudi-
 20 casse. ita vero, si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Indutiomaro isti minaci atque adroganti par in bello gerendo esse possit, excitandus Cn. Domitius et Q. Maximus, qui nationem Allobrogum et <belli> reliquias suis iterum ar-
 25 mis conficiat atque opprimat, aut, quoniam id quid non potest, orandus erit nobis amicus meus, M. Plae-

3 † s. vobis add. V² magno opere v. (ut 37^b, 9) 8 socii V add. Mue. (ii σ^c) cf. ad 39^b, 8 sqq. 9 post oppugnarunt lac. sign. Plugg. 198 (de defensoribus Fonteii verba deesse censet probantibus Kay. Sauppe Mue.) 12 add. Ha. praeunte <ac> Naug. 14 in sentent***rendis V¹ is suppl. V² 15 mehercule σ 16 add. Ha. (qua σ) 18 add. Fa. (senatus vel senatum σ) 23 belligerendo V¹ corr. Fa. belligerando V² σ^c 24 Omaximus V corr. Fa. c. al. (O om. σ^c) 25 add. Cl. (cf. de prov. cons. 19 p. 344, 19 al.) praeuntibus <nationis Allobrogum> rel. Kay. rel. <suas> Mue. reliqu[i]as Lb. 26 id quod V σ corr. edd. vet.

torius, ut suos novos clientis a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atque horribilis impetus deprecetur, aut, si non poterit, M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimum<st>. volunt isti aut quiescere, id quod victi ac subacti solent, aut cum minantur intellegere se populo Romano non metum belli, sed spem triumph<i> ostendere?

[27] Quod si in turpi reo patiendum non esset, ut 37.
 10 quicquam isti se minis profecisse arbitrarentur, quid faciendum vobis <in> M. Fonteio<o> arbitramini? de quo homine, iudices, — iam enim mihi videor hoc prope causa duabus actionibus perorata debere dicere —, de quo vos homine ne ab inimicis quidem ullum fictum
 15 probrosum — non modo crimen, sed ne maledictum quidem — audistis. ecquis umquam reus, praesertim in hac vitae ratione versatus, in honoribus petendis, in potestatibus, in imperiis gerendis, sic accusatus est, ut nullum probrum, nullum facinus, nulla turpitudine, quae
 20 a lubricitate aut a petulantia aut ab audacia nata esset, ab accusatore obiceretur, si non vera, at [de] ficta cum aliqua ratione ac suspitione? [13. 28] M. Aemilium
 Scaurum, summum nostrae civitatis virum, scimus accusatum a M. Bruto. extant orationes, ex quibus intellegi potest multa in illum ipsum Scaurum esse dicta,
 25 falso — quis negat? — verum tamen ab inimico dicta

5 est add. Zie. 786 c. al. (vel ante nomen, ante ampl. Ha. cf. si tanti est Roensch 13 adn.) 6 <ut> velint Ang. 8 triumphos tendere V corr. Naug. (triumphis vel triumphis tendere σ^e) dist. Mdv. Adv. II 198 (ostendere. priores) 11 add. σ (vel <de> M. F.) 15 dist. Sch. (probrosus non et dicere, de priores, probrosus non Cl.) 16 haecquis V corr. σ (vel et quis) 17 versatus V (o s. e V²) versatus, in dist. edd. praeter Mue. 18 potestatibus <obtinendis> vel sim. Mo. 20 petulantia <aut a credulitate> Pluyg. (cf. 42^b, 24) 21 si vera non V del. σ (vel at tamen f., ubi <commo> de Ha. apte Sauppe l. s. s. certe Mue.) fuit adiecta et ff s. v. in archetypo ut vid. 25 [Scaurum] Kay.

et obiecta. quam multa M. Aquilius audivit in suo iudicio, quam multa L. Cotta, denique P. Rutilius: qui etsi damnatus est, mihi videtur tamen inter viros optimos atque innocentissimos esse numerandus. ille igitur ipse homo sanctissimus ac temperantissimus multa 5 audivit in sua causa, quae ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinerent. [29] extat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi: qua in oratione permulta in L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur. at in quem virum: qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. quem cum in contionem Gracchus vocari iuberet et vator quaereret 'quem Pisonem?' quod erant plures: 'cogis me' inquit 'dicere: inimicum meum Frugi': is igitur vir, quem ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi ante laudasset, qui uno cognomine declarabatur non modo quis esset, sed etiam qualis esset, tamen in falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur; [30] M. Fonteius ita duabus actionibus accusatus est, ut obiectum nihil sit, quo significari vestigium libidinis, petulantiae, crudelitatis, audaciae possit: non modo nullum facinus huius protulerunt, sed ne dictum 25 quidem aliquod reprehenderunt. [14] quodsi, aut quantum voluntatem habent ad hunc opprimendum aut quantum ad male dicendum licentiam, tantum haberent aut <ad> ementiendum animi aut ad fingendum ingenii, non meliore fortuna ad probra non audienda[m] 30

1 m. V σ corr. Man. 5 temperatissimus σ 7 ad libidinem V σ^c corr. Fa. 8 mea fert nostrorum hominum et nge inge suppl. V² 15 lubertet uator V corr. σ (vel iuberet mator) 16 [quod erant plures] Pluyg. 220 18 [in] Ba. Schol. hyp. V 180 refutante Mue. 23 ut <ei> Lb. 29 add. σ 30 probra non] probra nunc σ probantibus omnibus: at cf. ad 45^b, 8 del. σ audienda M. Fonteius Ha.

Fonteus quam illi de quibus antea commemoravi fuisset. frugi igitur hominem, iudices, frugi, inquam, et in omnibus vitae partibus moderatum ac temperantem, plenum pu<d>oris, plenum officii, plenum religionis vi-
5 detis positum in vestra fide ac potestate: atque ita, ut commissus sit fidei, permissus potestati.

[31] Vi<de>te igitur, utrum sit aequius hominem ho- 41
nestissimum, virum fortissimum, civem optimum dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus an reddi
10 amicis, praesertim cum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent: primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus, tum autem continuae praeturae, quae
15 et ceteris ornamentis et existimatione innocentiae maxime floruerunt, deinde recens memoria parentis, cuius sanguine non solum Asculanorum manus, a qua interfectus est, sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est, postremo ipse cum in omnibus vi-
20 tae partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilii et maximi animi, tum vero usu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum qui nunc sunt exercitatus. [15. 32] quare si etiam 19
monendi estis a me, iudices, quod non estis, videor 42
25 hoc leviter pro me<a> auctoritate vobis praecipere posse, ut ex eo genere homines, quorum cognita virtus, industria, felicitas in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. fuit enim maior talium virorum in hac re publica copia: quae cum esset, tamen eorum

1. 2 fuissent σ 2 frugi ... potestate (5) *etiam* C 4 puoris V² ***** V¹ (*corr.* σ^c) officii***** V¹ *suppl.* V² 7 vite V *corr.* σ^c 11 supplicem V *corr.* σ^c 12 [Tusculo] *Ba. l. s. 181*

15. 16 maximae V 17 [a qua interfectus est] *Plugg. 201*

24. 25 *partim* a me *om.* σ^c *partim* iudices *mox pro* videor *substituto* iudices *leniter RKL. refutante Mue. add.* σ 28 *olim pro* enim *Mo. et Ba. l. s. 80* <tum> *post* talium *Cl. etsi haec notio inest in fult initio posito*

non modo saluti, sed etiam honori consulebatur. quid nunc vobis faciendum est studiis militaribus apud iuventutem opsoletis, <lectissimis> autem hominibus ac summis ducibus partim aetate, partim civitatis discordiis ac rei publicae calamitate consumptis, cum tot 5 bella aut a nobis necessario suscipiantur aut subito atque improvisa nascantur? nonne et hominem ipsum ad dubia rei publicae tempora reservandum et ceteros studio laudis ac virtutis inflammandos putatis? 3 [33] recordamini, quos legatos nuper in bello L. Iulius, 10 quos P. Rut<ilius>, quos L. Cato, quos Cn. Pompeius habuerit; scietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Sullam, praetorios homines, belli gerendi peritissimos; praeterea C. Marium, T. Didium, Q. Catulum, P. Crassum, non litteris homines ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditos. age vero, nunc inserite oculos in curiam, introspicite penitus in omnis rei publicae partes; utrum videtis nihil posse accidere, ut tales viri desiderandi sint, an, si acciderit, eorum hominum copia populum Romanum abundare? 20 quae si diligenter attendetis, profecto, iudices, virum ad labores belli inpigrum, ad pericula fortem, ad usum ac disciplinam peritum, ad consilia prudentem, ad casum fortunamque felicem domi vobis ac liberis vestris retinere quam inimicissimis populo Romano nationibus et crudelissimis tradere et condonare maletis. 25

2 aput V 3 add. *Stangl Tulliana (1888) p. 3 coll. 46^b, 7 al. praeunte <claris> Graev. et <fortissimis> Or. (post hominibus h. I. Mue.)* 3 aut σ 7 improvise *Lb. probantibus compluribus refutante Zie. 786* 10 bello <sociali> *Hot. <Italice> Cl. PR. ut V corr. σ* 12 reperietis *Kay.* 14 P. Didium Vσ *corr. Man. (cf. Muenzer P. W. s. Didius)* 17 inferte σ^c (*Cl.*) intendite *H. I. Mueller Symb. crit. II 10: at cf. Phil. 2, 82 p. 185, 9sq., Val. Max. 3, 3 ext. 1, Ov. met. 2, 93sq. al.* 25 reip. Vσ *corr. RKL. (p. r. pro r. p. ut saepe) possis etiam reip. <nostrae> (nrē ante nāc add.)* 26 condemnare Vσ *corr. Fa. c. al. malitis Vσ^c (Ha.) corr. Naug. c. al.*

[16. 34] At infestis prope signis inferuntur Galli <in> 20
 M. Fonteium et instant atque urgent summo cum stu- 44
 dio, summa cum audacia. video, iudices: sed multis
 et firmis praesidiis vobis adiutoribus isti immani atque
 5 intolerandae barbariae resistemus. primum obicitur con-
 tra istorum impetus Macedon<i>a, fidelis et amica po-
 pulo Romano provincia: quae cum se ac suas urbes
 non solum consilio, sed etiam manu[m] Fonteï conser-
 vatam esse dicat, ut illa per hunc a Thraecum adventu
 10 ac depopulatione defensa<st>, sic ab huius nunc ca-
 pite Gallorum impetus terroresque depellit. [35] con-
 stituitur ex altera parte ulterior Hispania: quae pro-
 fecto <non> modo religione sua resistere istorum cu-
 piditati potest, sed etiam sceleratorum hominum per-
 15 iuria testimoniis ac laudationibus suis refutare. atque
 ex ipsa etiam Gallia fidelissima et gravissima auxilia
 sumuntur: venit huic subsidio misero atque innocenti
 Massiliensium cuncta civitas, quae non solum ob eam
 causam laborat, ut huic a quo ipsa servata est parem
 20 gratiam referre videatur, sed etiam quod ea condicione
 atque eo fato se in [h]is terris collocatam esse arbitrat-
 ur, ne quid nostris hominibus istae gentis nocere pos-
 sint. [36] propugnat pariter pro salute M. Fonteï Nar- 46
 bonensis colonia, quae per hunc ipsa nuper obsidione
 25 hostium liberata nunc eiusdem miseriis ac periculis
 commovetur. denique, ut oportet bello Gallico, ut ma-

1. 2 at V an σ (vel et) inseruntur V corr. σ (vel instruuntur)
 gallim V galli in σ (M. add. Ha.) 3 video iud. c. et multis
 V corr. Ha. nos non et multis (vel similiter) σ 8 del. σ
 manu M. Ha. (probantibus ut 42^b, 30 omnibus, at cf. v. 1 et
 v. Sch. Ber. d. Heidelb. Akad. 1918 Abh. 4 p. 15 adn. 2) 9 ut
 om. V¹ add. V² in fine v. illa] ipsa Cl. (ut v. 9 et 24⁷ ubi nomen
 iuxta ponitur quod h. l. distat) et grecum V corr. σ (ut Fleck-
 eisen Phil. IV 311 duce Nieb., cum σ^c partim a trachum vel a
 graecorum corr. a Thracum Lb.) 10 est add. Fa. (sed potius
 si ex st ortum ut saepissime ante sic om.) 13 add. σ^c
 15 testimonijs V 16 post fidelissim V² a et grauissima auxilia
 suppl. in spat. (et grauissima in ras.) 20 referri V corr. σ^c
 21 del. Man. c. al. (iis) 25 misertiis V

iorum iura moresque praescribunt, nemo est civis Romanus, qui sibi ulla excusatione utendum putet; omnes illius provinciae publicani, agricolae, pecuari*(i)*, ceteri negotiatores uno animo M. Fonteium atque una
 21 voce defendunt. [17] quodsi tantas auxiliorum nostro- 5
 rum copias Indutiomarus ipse despexerit, [dux Allobrogum ceterorumque Gallorum,] num etiam de matris hunc complexu, lectissimae miserimaeque feminae, vobis inspectantibus avellet atque abstrahet? praesertim cum virgo Vestalis ex altera parte germanum fratrem 10
 complexa teneat vestramque, iudices, a<c> populi Romani fidem inploret: quae pro vobis liberisque vestris tot annos in dis immortalibus placandis occupata est, ut ea nunc pro salute sua fratrisque sui animos vestros
 47 placare possit. [37] cui miserae quod praesidium, quod 15
 E solacium relicuum est hoc amisso? nam ceterae feminae gignere ipsae sibi praesidia et habere domi fortunarum omnium socium participemque possunt: huic vero virgini quid est praeter fratrem quod aut iucundum aut carum esse possit? nolite pati, iudices, aras 20
 deorum immortalium Vestaeque matris cotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoneri: prospicite, ne ille ignis aeternus nocturnis Fonteiae laboribus vigiliisque servatus sacerdotis vestrae lacrimis
 48 extinctus esse dicatur. [38] tendit ad vos virgo Vesta- 25
 lis manus supplices easdem, quas pro vobis dis immortalibus tendere consuevit. cavete, ne periculosum superbumque sit eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si di aspernarentur, haec salva esse non possent. videtisne subito, iudices, virum fortissimum 30

3 agricolae V 5 quossi V 6. 7 del. Ba. Mnem. VIII 115 assentiente c. al. Schnei. 26 adn. 12, qui refutans Rkl. interpolatum esse putat ex perduto loco orationis (cf. fragm. 12 p. 24^b, 12) 11 a. p. R. V corr. σ^o 16 salacium V relicuum om. σ (reliquum v) 22 iud. V (ut fere semper pro iudices) commoueri σ^o 24 uigillisq. V 25 Vestae ed. Rom. 27 tend& V corr. σ^o 29 praecesse V corr. σ 30 possunt V corr. σ¹

M. Fonteium, parentis et sororis commemoratione lacrimas profudisse? qui numquam in acie pertimuerit, qui se armatus saepe in hostium manum multitudinemque immiserit, cum in eius modi periculis eadem se
 5 solacia suis relinquere arbitraretur, quae suus pater sibi reliquisset, idem nunc conturbato animo pertimescit, ne non modo ornamento et adiumento non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dedecus aeternum miseris atque ignominiam relinquat. [39] o fortunam
 10 longe disparem, M. Fonteii, si deligere potuisses, ut potius telis tibi Gallorum quam periuriis intereundum esset. tu[a]m enim vitae socia virtus, mortis comes gloria fuisset: nunc vero qui est dolor victoriae te atque imperii poenas ad eorum arbitrium sufferre, qui
 15 aut victi armis sunt aut invitissimi paruerunt. a quo periculo defendite, iudices, civem fortem atque innocentem: curate, ut nostris testibus plus quam alienigenis credidisse videamini, plus saluti civium quam hostium lubidini consuluisse, graviolem duxisse eius
 20 obsecrationem quae vestris sacris praesit, quam eorum audaciam qui cum omnium sacris delubrisque bella gesserunt. postremo prospicite, iudices, id quod ad dignitatem populi Romani maxime pertinet, ut <p>lus apud vos preces virginis Vestalis quam minae Gallorum
 25 valuisse videantur.

4 eadem V 11 qui periuris V corr. σ (atque tuam pro tum ex am ad qui adscr. ortum videtur) 12 del. σ^c enim] cuius ... gloria etiam C 13 uictoria & e V 19 ***||dini V¹ lubi suppl. V² 20 praeest Mdv. Opusc. II 198 probante fere Mue.: contra v. 18 gesserint RKl. utrumque minus recte (vestris sacris praesit et bella gesserunt) 24 uitiiis apud V corr. σ^c (vel ut potius apud)

M. TULLI CICERONIS PRO A. CAECINA ORATIO

SIGLA

- Palimpsestus Taurinensis A 2 olim Bobiensis saec. IV/V (nunc incendio abolitus) continens § 6 v. 14 ([do]mestico) ... § 9 v. 8 (nostram), § 13 v. 1 (hereditaria) ... § 16 v. 4 (Aebut[us]), § 38 v. 4 ([perspicu]lum est) ... § 41 v. 1 (interdicto), § 47 v. 6 ([post] hac) ... § 50 v. 6 (prae[cipita]tos), § 62 v. 8 ([pos]ses) ... § 65 v. 3 (optempera[ri]). Contulit Am. Peyron.
- T** = codex Tegernseensis nunc Monacensis lat. 18787 saec. XII. Post Baiterum contulit Sch.
- E** = codex Erfurtensis nunc Berolinensis 202 olim Corbeiensis saec. XII. Post E. Wunderum et Guil. Freundium contulit Sch.
- L** = codex deperditus Lingonicus i. e. liber quem Fr. Poggius 'reclusum in silvis Lingonum' i. e. prope urbem quae hodie Langres nominatur (olim Andematunum) a. 1417 invenit ac descripsit saec. fere XII ut vid., quem refingimus ex apographis libri Poggiani cum aliis — velut Senensi H VI 12 et Ambrosiano C. 96 sup. — tum ex codice Abbatiae Florentinae CL. II 39 nunc Laurentiano 'Conv. soppr.' 13 (Lagomarsini 39, quem contulit A. C. Clark) et codice Laurentiano pl. XLVIII 26 (Lagomarsini 26, quem in usum Baiteri contulit I. Scheppi) et codice Abbatiae Florentinae CL. II 38 nunc Oxoniensi Dorvilliano 78 (Lagomarsini 38)
- B** = codex Bibliothecae Regiae Bruxellensis n. 14492 olim Parcensis saec. XIV ineuntis, qui bis exhibit or. pro Caecina inde a tribus ultimis § 64 vocabulis usque ad finem (ubi B¹ extat alterum apographum signatur, cum B tum prius notat, ceteroqui B significat exemplar ab eodem librario bis redditum neglectis mendis modo prioris modo alterius apographi: v. praef.). Contulit P. Thomas
- V** = codex Vaticanus Palatinus 1525 chartaceus in folio maximo saec. XV. Plenius accuratiusque quam priores contulit K. Busche (v. NOTAE s. Bu.)

- ω = codices reliqui saec. XV emendati interpolatique aut omnes aut complures (velut Genevensis n. 101 ab I. E. Bétant collatus, Oxoniensis Canon. 226, quem Clark adhibuit, codices Monacenses Parisienses, Ambrosiani Taurinensis, quos F. L. Keller excussit, Vindobonenses a C. A. Jordan collati: quos singillatim afferre nolimus).
- σ = codices saec. XV emendati atque interpolati singuli vel nonnulli, interdum agitur de codice Monacensi Kelleri aliisque, saepius de Kelleri Parisiensi 7779 a. 1459 Paviae scripto et Oxoniensi Canon. 226 aut coniunctis aut separatis (utrumque contulit Clark)
- ν = vulgata lectio.

NOTAE

- Ang.* = N. Angelius in Iuntina
Bal. = I. G. Baiter
Ba. = I. Bake
Ber. = Ph. Beroaldus in Iuntina
Bö. = H. Bögli in progr. gymn. Burgdorf 1906, 3—57 et 1913, 69sqq.
Bu. = K. Busche, Festschr. d. Gymn. Leer 1909
Cam. = I. Camerarius
Cl. = Clark.
Emlein = diss. Heidelb. 1907 de locis quos ex Cic. or. laudavit Quint.
Ern. = I. A. Ernesti
Fa. = P. Faber
Fra. = C. M. Francken, *Mnemos.* n. s. IX, 1881, 247—272
Gotzes = diss. Rostoch. 1914 de Cic. tribus generibus dicendi in or.
Grae. = I. G. Graevius
Hot. = F. Hotomanus
Io. = C. A. Jordan in edit Lips. a. 1847
Kay. = C. L. Kayser
Ke. = C. L. Keller, *Semestrium* in Cic. libri I 1842, 435 sqq.
RKL. = R. Klotz
Lb. = D. Lambinus
Ltb. = Luterbacher Jb. i. e.
- Jahresber.* = Zschr. f. Gymn. (nunc Sokrates)
Mdv. = I. N. Madvig
Man. = P. Manutius
Mo. = Th. Mommsen, *Kl. Schr.* III 558sqq. (= Zschr. f. Altwsch. III 1845, 1100sqq.)
Mue. = C. F. W. Mueller
Naug. = Naugerijs.
Or. = I. C. Orelli
Pantag. = Pantagathus
Pluyg. = W. G. Pluygers
Raue = Var. lect. ad Cic. or. I 1834, II 1842
Roensch = diss. Lips. a. 1914 cur et quomodo librarii verb. colloc. in Cic. or. commutaverint
Rumpf = Obs. in Cic. or. pro Caecina loca quaedam difficiliora. Gissae 1810
Sch. = F. Schoell
Schue. = C. G. Schuetz
P. Thomas = Rev. de l'instr. publ. en Belg. XXXV 365sqq. XXXVI 22sqq.
Wei. = Weiske
We. = A. S. Wesenberg
Wolff = de clausulis Cic. (Jahrb. f. Philol. Suppl. XXVI 581 sqq.)
Zie. = Th. Zielinski, das Klauselges. in Cic. R. Philol. Suppl. IX 1904

TESTIMONIA

Cicero or. 101sq.: is erit igitur eloquens . . . qui poterit parva summis, modica temperate, magna graviter dicere. tota mihi causa pro Caecina de verbis interdicti fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus, verba ambigua distinximus.

Tacitus dial. 20: quis de exceptione et formula perpetuetur illa immensa volumina quae pro . . . A. Caecina legimus? praecurrit hoc tempore index dicentem.

Caecina Ciceroni epist. 6, 7, 4 (m. Dec. a. 46): quid me veterem tuum, nunc omnium clientem sentire oportet?

¹ Si, quantum in agro locisque desertis audacia pot-
¹ est, tantum in foro atque in iudiciis inprudencia valeret, non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii inprudenciae, quam tum in vi faciunda cessit audaciae. verum et illud considerati hominis esse pu-
⁵ tavit, qua de re iure di(s)ceptari oporteret, armis non contendere, et hoc constantis, quicum vi et armis certare nolisset, eum iure iudicioque superare. ac mihi
² quidem quom audax praecipue fuisse videtur Aebutius in convocandis hominibus et armandis, tum inprudens
¹⁰ in iudicio, non solum quod in iudicium venire ausus est — nam id quidem tametsi inprobe fit in aperta re,

1—5 Si . . . audaciae *Quint. 9, 3, 80* (ob ἰσόκωλον duplex et ὁμοιόπρωτον et ὁμοιοτέλεστον et cederet: cessit) itemque *Aquila RL. 27, 27 = Mart. Cap. 5, 557* (ob περίοδον) 1 agris duo libri *Mart. Cap. (duo a, scil. alocis vel alogis)* 2 atque in iudiciis TEL atque iudiciis *Quint. (σ¹)* et in iudiciis *Aquila* (iudiciisque *Mart. Cap. ob locisque*), ubi in *def. 1o. et Emlein p. 8, del. Reisig-Haase* (cf. *ed. II p. 730sq. et adn. 576*) ne adhibito quidem *Quint.*, fortasse recte (cf. § 69 v. 3 ac PTE et ad σ al.)
 3 nunc om. Lσ nunc A. Caecina cederet (om. in causa) *Aquila = Mart. Cap. 4* quantum TE et *Quint. (ubi corr. A²)* et *Mart. Cap.* in ui] cum in *codd. Aquilae* (et audacia) faciunda EV *Aquila = Mart. Cap. (non TL Quint.)* 6 deceptari TEV *corr. Grae.* (decertari Lω) 9 quō E quom Lω qm̄ T quo V (cum et quomodo σ¹)

tamen malitia est iam usitatum —, sed quod non dubitavit id ipsum, quod arguitur, confiteri: nisi forte hoc rationis habuit, quoniam, si facta vis esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset, quia contra ius moremque facta sit, A. Caecinam cum amicis metu perterritum profugisse; nunc quoque in iudicio si causa more institutoque omnium defendatur, nos inferioris in agendo non futuros; sin a consuetudine recedatur, se, quo inpudentius egerit, hoc superiorem discessurum. quasi vero aut idem possit in iudicio improbitas, quod in vi confidentia, aut nos non eo libentius tum audaciae cesserimus, quo nunc inpudentiae facilius obsisteremus. itaque longe alia ratione, recuperatores, ad agendam causam hac actione venio atque initio veneram. tum enim nostrae causae spes erat posita in defensione mea, nunc in confessione adversari, tum in nostris, nunc vero in illorum testibus; de quibus ego antea laborabam ne, si improbi essent, falsi aliquid dicerent, si probi existimarentur, quod dixissent, probarent; nunc sum animo aequissimo. si enim sunt viri boni, me adiuvant, cum id iurati dicunt quod ego iniuratus insimulo; sin autem minus idonei, me non laedunt, cum is sive <creditur> creditur hoc ipsum quod nos arguimus, sive fides non habetur, de adversarii testium fide derogatur.

Verum tamen cum illorum actionem causae considero, non video quid inpudentius dici possit, cum autem

1 quo non T 3 qm̄ T quo V quō Lω (quomodo σ^c) ad si f. v. e. m. cf. *Mitteis Zschr. d. Sav. St. XXIII 274 sqq. et Ltb. Jb. 1906 p. 231*; *sequentia frustra temptarunt Kay. Heidelb. Jb. 1851 p. 684, Mdv. Jb. f. Phil. 1856 p. 120 sq. (cf. Zie. 786), Fra., al. 5 A. om. T* 6 <sic> nunc Sch. duce Mue. 7 defendant T sin a σ sine TELVω (sin [om. a] e falso testimonio de T apud Cl. def. Baehrens *Philol. Suppl. XII p. 535*) 10 aut in iudicio possit idem LVσ¹ 11 probitas T nos om. Lω

12 tam E 13 sin probi Pantag. 23 is V his E iis TL *suppl. Fa.* 26 causae actionem LVω

vestram in iudicando dubitationem, vereor, ne id quod
 videntur inpudenter fecisse, astute et callide fecerint.
 nam si negassent vim hominibus armatis esse factam,
 facile honestissimis testibus in re perspicua tenerentur;
 sin confessi essent et id quod nullo tempore iure fieri 5
 potest, tamen ab se iure factum esse dēfenderent, spe-
 rarunt, id quod assecuti sunt, se iniecturos vobis cau-
 sam deliberandi et iudicandi iustam moram ac religio-
 nem. simul illud quod indignissimum est futurum ar-
 bitrati sunt, ut in hac causa non de improbitate Sex. 10
 5 Aebutī, sed de iure civili iudicium fieri videretur. qua
 in re si mihi esset unius A. Caecinae causa agenda,
 profiterer satis idoneum esse me defensorem, propterea
 quod fidem meam diligentiamque praestarem: quae cum
 sunt in actore causae, nihil est, in re praesertim aperta 15
 ac simplici, quod excellens ingenium requiratur. sed
 cum de eo mihi iure dicendum sit quod pertineat ad
 omnes quodque constitutum sit a maioribus, conserva-
 tum usque ad hoc tempus, quo sublato non solum pars
 aliqua iuris deminuta, sed etiam vis ea quae iuri maxi- 20
 me est adversaria iudicio confirmata esse videatur, vi-
 deo summi ingenii causam esse, non ut id demonstre-
 tur quod ante oculos est, sed ne, si quis vobis error in
 tanta re sit obiectus, omnis potius me arbitrentur cau-
 6 sae quam vos religioni vestrae defuisse. quamquam 25
 ego mihi sic persuadeo, reciperatores, non vos tam
 propter iuris obscuram dubiamque rationem bis iam
 de eadem causa dubitasse, quam, quod videtur ad
 summam illius existimationem hoc iudicium pertinere,
 moram ad condemnandum quaesisse simul et illi spa- 30

ssi
 4 hōnestimis E 5 ullo T 6 tamen T (tam) E (tj) tum
 LV ω sperarint V 11. 12 qua re Ba. Mnem. VIII 116 15 sint
 σ actore T (Ang.) auctore ELV ω 17 iure mihi LV ω
 18 quodque T quod ELV ω 22 ut id T uti ELV ω demon-
 straretur LV ω 24 arbitrentur E σ arbitrarentur TLV ω 28 vide-
 <re>tur Plugg. Mnem. VII 208, fort. recte 30 condemnandum
 T quēsisse T aquisisse E acquisiuisse LV ω (anq. Gulielmus)

tium ad sese colligendum dedisse. quod quoniam iam in consuetudinem venit et id viri boni vestri similis in iudicando faciunt, reprehendendum fortasse minus, querendum vero magis etiam videtur, ideo quod omnia
 5 iudicia aut distrahendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt, quorum alterum levius est, propterea quod et minus laedit et persaepe disceptatore domestico diiudicatur, alterum est vehementissimum, quod et ad gravioris res pertinet
 10 et non honorariam operam amici, sed severitatem iudicis ac vim requirit: quod est gravius et cuius rei causa 7 maxime iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. nam ut quaeque res est turpissima, sic maxime et maturissime vindicanda est, at eadem,
 15 quia existimationis periculum est, tardissime iudicatur. qui igitur convenit, quae causa fuerit ad constituendum iudicium, eandem moram esse ad iudicandum? si quis quod spondit, qua in re verbo se uno
 20 obligavit, [si] id non facit, maturo iudicio sine ulla religione iudicis condemnatur; qui per tutelam aut societatem aut rem mandatam aut fiduciae rationem fraudavit quempiam, in eo quo delictum maius est, eo poena est tardior? 'est enim turpe iudicium'. ex facto quidem turpi. videte igitur quam inique accidat, quia res
 25 indigna sit, ideo turpem existimationem sequi; quia turpis existimatio sequatur, ideo rem indignam non

P inde a v. 8 ([do]mestico) 1 quō E 2 in prius s. v. E 4 quod(cum) Lb. (et sint v. 6) 7 ledit s. v. E 9 [est] vel nocentissimum Fra. 259sq. ad om. T 12 id nam T consuetudinem P 14 vindicanda PTE indicanda Lσ iudicanda Vσ At TE adde P ac Lω 15 hīcquia P (cf. Rkl. Em. Tull. p. 10sq.) qui T que ELω 17 horam TEV 18. 19 se uno obligavit T se obligavit uno P uno se obligavit LVω (cf. Roensch 59 qui recte intellegens falso iudicavit) 19 si id P (unde siquis quid v. Fra. l. s.) id TELVω iudicis P iudiciis TELVω 22 quod T 23 dist. lo. (tardior. priores) 23. 24 ex... turpi P et... turpe TELV (unde factum Man.; et ex Raue l p. 65) de sequentibus cf. post alios Reisig-Haase-Schmalz p. 600 adn. 505 et contra Thes. l. l. l p. 295, 22

vindicari. ac si qui mihi hōc iudex recuperatorve dicat: 'potuisti enim levio-
 re actione conflagere, potuisti ad
 tuum ius faciliore et commodiore iudicio pervenire;
 quare aut muta actionem aut noli mihi instare ut iu-
 dicem', tamen is aut timidior videatur quam fortem 5
 aut cupidior quam sapientem iudicem esse aecum est,
 si aut mihi praescribat quem ad modum meum ius
 persequar aut ipse id quod ad se delatum sit non au-
 deat iudicare. etenim si praetor is qui iudicia dat num-
 quam petitori praestituit qua actione illum uti velit, 10
 videte quam iniquum sit constituta iam re iudicem
 quid agi potuerit aut quid possit, non quid actum sit,
 9 quaerere. verum tamen nimiae vestrae benignitati
 pareremus, si alia ratione ius nostrum recuperare pos-
 semus. nunc vero quis est qui aut vim hominibus ar- 15
 matis factam relinquī putet oportere aut eius rei leni-
 orem actionem nobis aliquam demonstrare possit? ex
 quo genere peccati, ut illi clamitant, vel iniuriarum vel
 capitis iudicia constituta sunt, in eo potestis atrocitatem
 nostram reprehendere, cum videatis nihil aliud actum 20
 nisi possessionem per interdictum esse repetitam?
 4 verum sive vos existimationis illius periculum sive iuris
 dubitatio tardioris fecit adhuc ad iudicandum, alterius
 rei causam vosmet ipsi iam vobis saepius prolato iu-
 dicio sustulistis, alterius ego vobis hodierno die cau- 25
 sam profecto auferam, ne diutius de controversia nostra

P usque ad v. 20sq. (nostram)] 1 iudicari Lσ Ac PTE
 at LVω qui P quis TELVω recuperatorne P (ric. semper)
 2 leniore Io. c. al. (ut v. 16 ubi opponitur atrocitas) potuisti
 enim ad Tσ 4 iusta re T 4. 5 iudicē. tam is TEv iudicem
 tamen' is Mue. (Cl.) (at cf. praeter alios locos Catil. 2, 16 ibi-
 que Eberhard et observa clausulam) 6 esse. Accū T 7 pscri-
 bat T 8 ipsi P non om. T 10 illū s. v. T 12 non] num T
 15 qui aut P aut qui TELVω probante Baehrens' l. s. p. 536
 15. 16 hominibus armatis PTE armatis hominibus LVω
 16. 17 laeniorem P leuiorem Vσ^c (v. ad v. 2) 20 aliud aliud
 TE 24 <mo>rae causam (et [causam] v. 25) Fra. p. 260 refu-
 tante Bu. p. 27sq. 25 uos T 26 auferam TE (Lb.) afferam
 LVω ūra T

ac de communi iure dubitetis. et si forte videbor altius 10
 initium rei demonstrandae petisse quam me ratio iuris
 et ius de quo iudicium est et natura causae coëgerit,
 quaeso ut ignoscatis. non enim minus laborat A. Caecina,
 5 ne summo iure egisse quam ne certum ius non
 optinuisse videatur.

M. Fulcinius fuit, reciperatores, e municipio Tarquiniensi; qui et domi suae cum primis honestus existimatus est et Romae argentariam non ignobilem fecit.
 10 is habuit in matrimonio Caesenniam, eodem e municipio summo loco natam et probatissimam feminam, sicut et vivus ipse multis rebus ostendit et in morte sua testamento declaravit. huic Caesenniae fundum in 11
 agro Tarquiniensi vendidit temporibus illis difficillimis
 15 solutionis; cum uteretur uxoris, dote numerata, quo mulieri res esset cautior, curavit ut in eo fundo dos collocaretur. aliquanto post iam argentaria dissoluta Fulcinius huic fundo uxoris continentia quaedam praedia atque adiuncta mercatur. moritur Fulcinius — multa
 20 enim quae sunt in re, quia remota sunt a causa, praetermittam —; testamento facit heredem quem habebat e Caesennia filium; usum et fructum omnium bonorum suorum Caesenniae legat, ut frueretur una cum filio. magnus honos viri iucundus mulieri fuisset, si diutur- 12
 25 num esse licuisset: frueretur enim bonis cum eo quem suis bonis heredem esse cupiebat et ex quo maximum

1 ade T alterius T 2 demonstrare T 3 eius de quo *Fa. probantibus multis; melius σ (Lb.)* et uis de qua (*cf. § 107 cum iudicium de vi sit*) at *v. Ke.* 5 egis. quam ne certe T 8 cum in primis (*et* 9 <tum> et) σ^c 10 e. om. σ^c 11 probatissimam <sibi> *Fra. neglecto* ipse 12 ipse multis TE multis ipse LVω 13 [sua] *Ern. c. σ^c* 14 tjarquiniensi (*alt. n ex r*) T <et>. temporibus (*adiungens* cum ut.) *Mo.* difficillimae σ^c (*Lb.*) 15 uxoris dote TE dote uxoris LVω 16 res esset T esset res ELVω *de re cf. post alios Bö. p. 71* dos (*post -dō*) om. T (*Kay.*) 17 Aliquando T 19 moritur ... praetermittam *Quint. 4, 2, 49 (ob praetermittenda)* fuxinius T 22 et fructum TE fructum LVω 23 ut ut T 24 fuit (*sse s. v.*) E

fructum ipsa capiebat. sed hunc fructum mature fortuna ademit: nam brevi tempore M. Fulcinius adulescens mortuus est; heredem P. Caesennium fecit, uxori grande pondus argenti matrique partem maiorem bonorum legavit. itaque in partem mulieres vocatae sunt.

5 Cum esset haec auctio hereditaria constituta, Aebutius iste, qui iam diu Caesenniae viduitate ac solitudine aleretur ac se in eius familiaritatem insinuasset hac ratione, ut cum aliquo suo compendio negotia mulieris si qua acciderent controversiasque susciperet, versabatur eo quoque tempore in his rationibus auctionis et partitionis atque etiam se ipse inferebat et intro dabat et in eam opinionem Caesenniam adducebat, ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse ubi non ad-
14 esset Aebutius. quam personam iam ex cotidiana vita
15 cognoscitis, recuperatores, mulierum adsentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, contriti ad Regiam, inepti ac stulti inter viros, inter mulieris periti iuris et callidi, hanc personam imponite Aebutio. is enim Caesenniae fuit Aebutius — ne forte quaeratis,
20 num propinquos? — nihil alienius — amicus a patre aut a viro traditus? — nihil minus — quis igitur? ille, ille quem supra deformavi, voluntarius amicus mulieris non necessitudine aliqua, sed ficto officio simulataque sedulitate coniunctus magis opportuna opera nonnum-
25

P inde a 6 (hereditaria)] 4 arg. <auri>que matri Fra. 261
maiolem bonorum TE bonorum maiolem LV ω cf. de hoc
et sequentibus post alios B \ddot{o} . p. 71sq. 9 compendio s. v. T
11 eo quoque TE (Wei.) quoque eo LV ω 13 intrudebat σ
15 ex s. v. E¹ uita cognoscitis PE uita cognosis T
(cognostis Wei. probantibus multis: at v. Io.) cognoscitis uita
LV ω (probante Roensch p. 8, 59) cognitoris E (sed o s. it) σ
cognitoris TLV ω 16 retiperatores TE asentatores et cog-
nit res et defensores P 17 contri(ti s. v.) P conciti LV ω
ad rixam Ber. 19 et om. T hinc T inpunite P eponite
T sequentia dist. Mue. (Aebutius. Ne etc. v.) 21 propinquos
(pi ex li) P alienus T amicus s. v. E a patre PT aut a patre
ELV ω 22. 23 ille ille P ille TELV ω 23 deformauit P

quam quam aliquando fideli. cum esset, ut dicere in-¹⁵
stitueram, constituta auctio Romae, suadebant amici
cognatique Caesenniae id quod ipsi quoque mulieri
veniebat in mentem, quoniam potestas esset emendi
⁵ fundum illum Fulciuanum qui fundo eius antiquo con-
tinens esset, nullam esse rationem amittere eius modi
occasionem, cum ei praesertim pecunia ex partitione
deberetur: nusquam posse eam melius collocari. ita-
que hoc mulier facere constituit; mandat ut fundum
¹⁰ sibi emat — cui tandem? — cui putatis? an non in
mentem vobis venit omnibus illius hoc munus esse ad
omnia mulieris negotia parati, sine quo nihil satis
caute, nihil satis callide posset agi? recte attenditis.
Aebutio negotium datur. adest ad tabulam, licetur ⁶
¹⁵ Aebutius; deterrentur emptores multi partim gratia ¹⁶
Caesenniae, partim etiam pretio. fundus addicitur
Aebutio; pecuniam argentario promittit Aebutius: quo
testimonio nunc vir optimus utitur sibi emptum esse.
quasi vero aut nos ei negemus addictum aut tum quis-
²⁰ quam fuerit qui dubitaret, quin emeretur Caesenniae,
cum id plerique scirent, omnis fere audissent, <si qui
forte non audissent> i[s] coniectura assequi possent,
cum pecunia Caesenniae ex illa hereditate deberetur,
eam porro in praediis collocari maxime expediret, es-
²⁵ sent autem praedia quae mulieri maxime convenerint,
ea venirent, liceretur is quem Caesenniae dare operam

P usque ad 15 (Aebuti[us]) 1. 2 dici studueram T
4 in mentem ueniebat LV ω (non PTE) quo E 7 ei V ei' T
mei T om. PL ω ex s. v. E 8 eam posse LV ω (non PTE)
posse σ^c 9 hoc solus P 10 dist. Raue II 176 qui bis P
nen (ex incepto anne) E 11 uobis solus P illis P illus T
esse PTE et LV ω (unde hominis pro [alii iuxta] omnibus
Ang.) 13 posset (posse TE) agi PTE agi posse LV ω atten-
dis T 15 gratia om. T 19 ei' T 20 dubitaret TEV dubitarit
L ω suppl. Mo. 21 is T his ELV (hiis) corr. Mo. (male alii
[scribendo hic We., servando is L. Spengel multique] corr.
posse[n]t et suppl. . . . audisset) 22 coniecturassequi T^a

nemo miraretur, sibi emere nemo posset suspicari.
 17 hac emptione facta pecunia solvitur a Caesennia; cuius
 rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse ta-
 bulas averterit; se autem habere argentarii tabulas, in
 quibus sibi expensa pecunia lata sit acceptaque relata. 5
 quasi id aliter fieri oportuerit. cum omnia ita facta
 essent, quem ad modum nos defendimus, Caesennia
 fundum possedit locavitque; neque ita multo post A.
 Caecinae nupsit. ut in pauca conferam, testamento
 facto mulier moritur; facit heredem ex deunce et sem- 10
 uncia Caecinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium,
 libertum superioris viri, Aebutio sextulam aspergit.
 hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit assidui-
 tatis et molestiae si quam ceperat. iste autem hac
 sextula se ansam retinere omnium controversiarum 15
 putat.

7 Iam principio ausus est dicere non posse heredem
 18 esse Caesenniae Caecinam, quod is deteriore iure esset
 quam ceteri cives propter incommodum Volaterrano-
 rum calamitatemque civilem. itaque homo timidus in- 20
 peritusque, qui neque animi neque consili satis haberet,
 non putavit esse tanti hereditatem ut de civitate in
 dubium veniret; concessit, credo, Aebutio quantum
 vellet de Caesenniae bonis ut haberet. immo ut viro
 forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam stultitiam- 25
 19 que eius obrivit ac contudit. in possessione[s] bono-
 rum cum esset et cum iste sextulam suam nimium ex-
 aggeraret, nomine heredis arbitrum familiae herciscun-

1 posse TEV. 8 ita om. T. 10. 11 et semiuncia L ex sem-
 uncia T. 12 liberum T. 13 ista V iste (om. esse) T.
 14 susceperat LV ω . 15 ansas T. 18 eēt T qđ dis T.
 24 ut haberet ante de *traf. Cl. coll. Zie. 166*: at cf. *Gotzes*
p. 93; de re cf. *Bö. 20 sq. post alios 69 sq. et Bu. 28 sq.*
 ut s. v. T. 26 eius om. LV ω . obstruiit TE (sed s del.
 E²) et concidit V (de ac cf. *contra Mue. post al. Lebreton*
Et. 417 adn. et Wolff 617 et Zie. 181). 27 ecum TE ipse
 TELV ω corr. *Schue. (cf. Bu. l. c. adn.)*. 28 arbitrium T
 herciscindi T.

dae postulavit. atque illis paucis diebus, posteaquam videt nihil se ab A. Caecina posse litium terrore abra-
dere, homini Romae in foro denuntiat fundum illum
de quo ante dixi, cuius istum emptorem demonstravi
5 fuisse mandatu Caesenniae, suum esse seseque sibi
emisse. quid ais? istius ille fundus est, quem sine ulla
controversia quadriennium, hoc est ex quo tempore
fundus veniit, quoad vixit possedit Caesennia? 'usus
enim' inquit 'eius fundi et fructus testamento viri fuerat
10 Caesenniae'. cum hoc novae litis genus tam malitiose 20
intenderet, placuit Caecinae de amicorum sententia
constituere, quo die in rem praesentem veniretur et de
fundo Caecina moribus deduceretur. conlocuntur: dies
ex utriusque commodo sumitur. Caecina cum amicis
15 ad diem venit in castellum Axiam, ex quo loco fundus
is de quo agitur non longe abest. ibi certior fit a
pluribus homines permultos liberos atque servos co-
egisse et armasse Aebutium. cum id partim miraren-
tur partim non crederent, ecce ipse Aebutius in castel-
20 lum venit; denuntiat Caecinae se armatos habere; ab-
iturum eum non esse, si accessisset. Caecinae placuit
et amicis quoad videretur salvo capite fieri posse ex-
periri tamen. de castello descendunt, in fundum pro- 21
ficiscuntur. videtur temere commissum, verum, ut
25 opinor, hoc fuit causae: tam temere istum re commis-
surum quam verbis minitabatur nemo putavit. atque 8
iste ad omnis introitus, qua adiri poterat non modo in
eum fundum de quo erat controversia, sed etiam in

1 itaque *Kay. refutante Bu.* iste *Schue.* ille eis *RKl. refu-*
tante Mue. 2 ab auro ab a T abradere T 3 homo ei *Cl.*
neglecto Io. 5 seque *Lω* 6 agis *LVω* [is]tuus *Hot.* 7 hoc
est *om. T (Kay.)* [hoc ... veniit] *Cl.* equo (x s. v.) T 8 uenit
TVω 9 et *om. V* 10 maleficiose *LVω* 11 intenderit *Vω*
13 cena (ci s. v.) T 15 a quo *Lb. probantibus multis refu-*
tante Mue. 16 is *om. T* 19 credent T 20 uenit et nuntiat T
armaturos T 22 experiri (expediri *ELV*) *dist. RKl.*
23 tamen de *TEVω* tum de *σ^c* 25 re *om. L* 26 uerbis nun-
tiabatur *Lω* 28 quode *V* controversia fuerat *LVω*

illum proximum de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit. itaque primo cum in antiquum fundum ingredi vellet, quod ea proxime accedi poterat, 22 frequentes armati obstiterunt. quo loco depulsus Caecina tamen qua potuit ad eum fundum profectus<t>, in 5 quo ex conventu vim fieri oportebat; eius autem fundi extremam partem oleae directo ordine definiunt. ad eas cum accederetur, iste cum omnibus copiis praesto fuit servumque suum nomine Antiochum ad se vocavit et voce clara imperavit, ut eum qui illum olearum or- 10 dinem intrasset occideret. homo mea sententia prudentissimus Caecina tamen in hac re plus mihi animi quam consili videtur habuisse. nam cum et armatorum multitudinem videret et eam vocem Aebutii quam commemoravi audisset, tamen accessit propius et iam in- 15 grediens intra finem eius loci quem oleae terminabant impetum armati Antiochi ceterorumque tela atque incursum refugit. eodem tempore se in fugam conferunt amici advocatique eius metu perterriti, quem ad mo- 23 dum illorum testem dicere audistis. his rebus ita ge- 20 stis P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo, 'de vi hominibus armatis' sine ulla exceptione, tantum ut unde deiecisset restitueret. restituisse se dixit.

5 est *add. Hot.* 5. 6 ex quo L ω (*propter ex sequens*) *pro-
bantibus multis, quasi deductionem (non vim) fieri sequeretur*

7 decreto T directo ELV ω *corr. Mue.* 9 sup^u T 10 et clara voce LV ω *probantibus multis, etsi frequentior — nequaquam constans — apud Tullium collocatio est <ei> post et Lb. post voce Bai. pro et Rkl.* 11 [in]tra<nsi>ssset *Fra.* 262 15 audiisset LV ω prius T 17. 18 incursus LV ω 18. 19 conferun ameieci T conferunt una meieci ELV (mieci) ω (una *del. Ern. confirmante* T (a)meieci ex ameieci *explicit Haupt*

Opusc. I 115, nisi forte ad (a)mici^{ei} redit i. e. amieci) 20 his... est (p. 61^b, 2) *Quint.* 4, 2, 132 *ob contentionem sub finem narrationis, ex quo hausit Victor RL. 427, 19* 21 pr. TEV (*ut saepe*)

23 restituere T restitueret. deinde *Quint.* (*vix recte, etsi defendit Emlein 32 adn.*)

sponsio facta est. hac de sponsione vobis iudicandum est.

Maxime fuit optandum Caecinae, recuperatores, ut 9
 controversiae nihil haberet, secundo loco ut ne cum
 5 tam inprobo homine, tertio ut cum tam stulto haberet.
 etenim non minus nos stultitia illius sublevat quam
 laedit inprobitas. inprobus fuit, quod homines coegit
 armavit, coactis armatisque vim fecit. laesit in eo Caecinae,
 sublevat ibidem: nam in eas ipsas res quas in-
 10 probissime fecit testimonia sumpsit et eis in causa
 testimoniis utitur. itaque mihi certum est, recupera- 24
 tores, antequam ad meam defensionem meosque testis
 venio, illius uti confessione et testimoniis, qui id confitetur
 atque ita libenter confitetur, ut non solum fateri,
 15 sed etiam profiteri videatur, recuperatores: 'convocavi
 homines, coegi, armavi, terrore mortis ac periculo capitis
 ne accederes obstiti; ferro' inquit 'ferro' — et hoc dicit
 in iudicio — 'te reieci atque proterrui'. quid? testes
 quid aiunt? P. Vetilius, propinquus Aebutii, se
 20 Aebutio cum armatis servis venisse advocatum. quid praeterea?
 fuisse compluris armatos. quid aliud? minatum esse Aebutium
 Caecinae. quid ego de hoc teste dicam nisi hoc, recuperatores,
 ut ne idcirco minus ei credatis quod homo minus idoneus habetur,
 sed ideo

1 sponsio ... de solus habet Quint. 3sq. huc spectat Fortunat. RL. 113, 24 (si nihil exaggerari potest, ante quaestiones quid faciendum est? ananeosi utemur, qua nobis ad argumentationem iudices praeparemus ad proemiorum modum, ut fecit Cicero ... pro Caecina) 6 non uitiis nos T (uitiis non expuncto) 7 laesit Bai. 9 subleuavit LV ω 13 qui id E et (it) T (quod servat Sch. leniter ante qui distinguendo) quid LV ω (unde 15 recuperatores? v.) qui Lehmann Herm. 1880 p. 569 c. al. 15 Reciperatores conuocavit E 17 ferro ... proterrui Aquila 31, 14 (ob iterationem) cf. ad 64^b v. 24 in ferrum ferrum inquit Aquila iudicio om. Aquila 18 proterrui T Aquila (Lb.) perterrui ELV ω 19 se s. v. E 21 compluris armatos Prisc. GL. II 350, 17 (ob compluris) 23 ne idcirco TE idcirco non LV ω 24 haberet TV sed ... alienum om. T

credatis quod ex illa parte id dicit, quod illi causae
 25 maxime est alienum? A. Terentius, alter testis, non
 modo Aebutium, sed etiam se pessimi facinoris arguit.
 in Aebutium hoc dicit armatos homines fuisse, de se
 autem hoc praedicat Antiocho, Aebuti servo, s<e> im- 5
 perasse ut in Caecinam advenientem cum ferro inva-
 deret. quid loquar amplius de hoc homine? in quem
 ego hoc dicere cum rogarer a Caecina numquam volui,
 ne arguere illum rei capitalis viderer, de eo dubito nunc
 quo modo aut loquar aut taceam, cum ipse hoc de se 10
 26 iuratus praedicet. deinde L. Caelius non solum Aebu-
 tium cum armatis dixit fuisse conpluribus, verum etiam
 10 cum advocatis perpaucis eo venisse Caecinam. de hoc
 ego teste detraham? cui aequae ac meo testi ut credatis
 10) postulo. P. Merimius secutus est, qui suum non parvum 15
 beneficium commemoravit in amicos Caecinae, quibus
 sese viam per fratris sui fundum dedisse dixit qua effu-
 gere possent, cum essent omnes metu perterriti. huic
 ego testi gratias agam, quod et in re misericordem se
 27 praebuerit et in testimonio religiosum. A. Atilius et 20
 eius filius L. Atilius et armatos ibi fuisse et se suos
 servos adduxisse dixerunt; etiam hoc amplius: cum
 Aebutius Caecinae malum minaretur [hoc est mortem
 minaretur], ibi tum Caecinam postulasse ut moribus
 deductio fieret. hoc idem P. Rutilius dixit et eo liben- 25
 tius dixit, ut aliquando in iudicio eius testimonio cre-
 ditum putaretur. duo praeterea testes nihil de vi, sed
 de re ipsa atque emptione fundi dixerunt: P. Caesennius,

2 alienum est *Zie.* sit alienum *Cl.* qui debuerunt saltem est
 max. al.: at cf. *Gotzes 93 adn.*) 3 scpissimi **TE** (sep.) **LV**
 sepissime σ corr. *Gar.* facinoris *om.* **L** ω 5 seruos **T** seruo
ELV ϵ^c corr. *Kay.* 7 de hoc **TE** hoc de **LV** ω (*probante*
Roensch p. 12 adn.: sed v. 10 et ad 59^b, 28) 8 ego hoc
TE ego **LV** ω volui ex *incohato* nolui **T** 17 sui *om.* **T**
 (*Kay.*) 18 essent *om.* **T** metu omnes **LV** ω perterriti **T**
 20 praebuit **L** ω Atilius] Vt illius **T** 22 seruos **T** armatos
ELV ω 23 *del. Bai.* 25 et ... dixit *om.* **T** 26 aliquando **T**
 aliquo **ELV** ω 28 re **TE** *om.* **LV** ω .

auctor fundi, non tam auctoritate gravi quam corpore, et argentarius Sex. Clodius, cui cognomen est Phormio, nec minus niger nec minus confidens quam ille Terentianus est Phormio, nihil de vi dixerunt, nihil praeterea
 5 quod ad vestrum iudicium pertineret. decimo vero loco 28
 testis expectatus et ad extremum reservatus dixit, senator populi Romani, splendor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis, Fidiculanius Falcula: qui cum ita vehemens acerque
 10 venisset, ut non modo Caecinam periurio suo laederet, sed etiam mihi videretur irasci, ita eum placidum mollemque reddidi, ut non auderet, sicut meministis, iterum dicere quot milia fundus suus abesset ab urbe. nam cum dixisset minus Ιοοο, populus cum risu acclamavit
 15 ipsa esse. meminerant enim omnes quantum in Albiano iudicio accepisset. in eum quid dicam nisi id 29
 quod negare non possit, venisse in consilium publicae quaestionis, cum eius consili iudex non esset, et in eo consilio, cum causam non audisset et potestas esset
 20 ampliandi, dixisse sibi liquere; cum de incognita re iudicare voluisset, maluisse condemnare quam absolvere; cum, si uno minus damnarent, condemnari reus non posset, non ad cognoscendam causam, sed ad explendam damnationem praesto fuisse? utrum gravius
 25 aliquid in quempiam dici potest quam ad hominem condemnandum quem numquam vidisset neque audisset adductum esse pretio? an certius quicquam obici potest quam quod is cui obicitur ne nutu quidem infir-

1 grauis σ^c 2 cognomen T nomen ELVω 3 nec minus niger . . . Phormio Quint. 6, 3, 56 (ob nominis opportunitatem) ille terennian' ē T est ille Terentianus Quint. defendente Emlein p. 53 7 atque T aeque ELVω 9 fideculanius TELVω, 13 ab orbe T (fundus suus post ab urbe trai. Cl. coll. Zie. 166: at cf. Gotzes 93) 14 (minus)lm T em V VIII ELω corr. Ke. 15 abbiano TELVω (corr. σ^c) 18 ut in T 19 causa T 20 dixisset T cum de incognita TE (dein c.) dum incognita LVω 21 uoluisset TV noluisse ELω

30 mare conatur? verum tamen is testis, ut facile intel-
 leretis eum non affuisse animo, cum causa ab illis
 ageretur testesque dicerent, se<d> tantisper de aliquo reo
 cogitasse, cum omnes ante eum dixissent testes arma-
 tos cum Aebutio fuisse complures, solus dixit non 5
 fuisse. visus est mihi primo veterator intellegere prae-
 clare quid causae op<s>taret et tantum modo errare,
 quod omnes testes infirmaret qui ante eum dixissent:
 cum subito, ecce idem qui solet, suos solos servos ar-
 11 matos fuisse dixit. quid huic tu homini facias? nonne 10
 concedas interdum, ut excusatione summae stultitiae
 (11) summae improbitatis odium deprecetur? utrum, re-
 31 cuperatores, his testibus non credidistis cum quid li-
 queret non habuistis? at controversia non erat quin
 verum dicerent. an in coacta multitudine, in armis, in 15
 telis, in praesenti metu mortis perspicuoque periculo
 caedis dubium vobis fuit inesse vis aliqua videretur
 necne? quibus igitur in rebus vis intellegi potest, si
 in his non intellegetur? an vero illa defensio vobis
 praeclara visa est: 'non deieci, sed obstiti: non enim 20
 [te] sum passus in fundum ingredi, sed armatos ho-
 mines opposui, ut intellegeres, si in fundo pedem po-
 suisses, statim tibi esse pereundum?' quid ais? is, qui
 armis proterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse
 32 deiectus? posterius de verbo videbimus: nunc rem 25
 ipsam ponamus quam illi non negant et eius rei ius
 actionemque quaeramus.

1 ueruntamen T 2 cum non T ab illis causa LV ω 3 add. Naug. 5 cūplures T quam plures V 7 causa σ add. Ha. (causae opitularetur Or. causa postularret Kay. 'probabiliter' iudice Mue.) 9 [suos] Fra. 262 (seruos solos Mue.) duos Bai.

10 quid ... deprecetur (12) Gell. 7, 14, 12 (ob deprec.) tu et summae (12) om. Gelli cod. Vat. h. l. solus servatus 13 quod Schue. 15 arinis T 16 que om. LV ω 17 an esse E σ

19 intellegit T 21 sum te L te om. T armitus T 22 ee pfundum TE (sed e ex f E) esse profundum V 24 perterritus TE (pt.) LV ω corr. Or. 25 deictus T poterim' T 26 ut eius T

Est haec res posita quae ab adversario non negatur Caecinam, cum ad constitutam diem tempusque venisset, ut vis ac deductio moribus fieret, pulsum prohibitumque esse vi coactis hominibus et armatis. cum hoc constet, ego, homo imperitus iuris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me habere actionem, ut per interdictum meum ius teneam atque iniuriam tuam persequar. fac in hoc errare me nec ullo modo posse per hoc interdictum id assequi quod velim; te uti in hac re magistro volo. quaero, sitne aliqua huius rei ³³ actio an nulla. convocari homines propter possessionis controversiam non oportet, armari multitudinem iuris retinendi causa non convenit; nec iuri quicquam tam inimicum quam vis nec aequitati quicquam tam infestum est quam convocati homines et armati. quod ¹² cum ita sit resque eius modi sit, ut in primis a magistratibus animadvertenda videatur, iterum quaero, sitne eius rei aliqua actio an nulla. nullam esse dices? audire cupio, qui in pace et otio, cum manum fecerit, ²⁰ copias pararit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, homines inermos, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent, armis, viris, terrore periculoque mortis reppulerit, fugarit, averterit, hoc dicat: 'feci equidem quae dicis omnia, et ea sunt et turbulenta et temeraria et periculosa. quid ergo est? in- ³⁴ pune feci: nam quid agas mecum ex iure civili ac praetorio non habes'. itane vero? recuperatores, hoc vos ⁽³⁴⁾ audietis et apud vos dici patiemini saepius? cum maioris nostri tanta diligentia prudentiaque fuerint, ut

1 hac TEV (*et re*) 2 constitutum Lb. 4 in actis T 7 in s. v. E 11sq. sensum huius loci (*et* 61^b, 15sq.) vituperat Victor RL. 336,33 14 equitatem T 15 es T 16 req; T primis is a T 17 animaduertenda esse LV ω 19 audire nullam esse dices cupio T fece T 20 coegerint armant instruxerit T 21 inermosq; T inermesque ELV ω (inermes qui σ inermos qui *margo* Lb.) 23 fugam T 26 quod agas Ern. 27 uero om. T 29 fruerint T

omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum iura statuerint persecutique sint, ut hoc genus unum vel maximum praetermitterent, ut si qui me exire domo mea coegisset armis, haberem actionem, si qui introire prohibuisset, non haberem? nondum de Caecinae causa disputo, nondum de iure possessionis nostrae loquor: tantum de tua defensione, 5 C. Piso, quaero. quoniam ita dicis et ita constituis, si Caecina, cum in fundo esset, inde deiectus esset, tum per hoc interdictum eum restitui oportuisse: nunc vero 10 deiectum nullo modo esse inde ubi non fuerit; hoc interdicto nihil nos assecutos esse: quaero, si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines et armati non modo limine tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint, quid acturus sis. monet amicus 15 meus te L. Calpurnius, ut idem dicas quod ipse antea dixit iniuriarum. quid ad causam possessionis, quid ad restituendum eum quem oportet restitui, quid denique ad ius civile? † aut actoris notionem atque animadversionem ages iniuriarum†. plus tibi ego largiar: non solum egeris, verum etiam condemnaris licet, numquid magis possidebis? actio enim iniuriarum

3 ut *del. Lb., lac. ante ut stat. Kay.* (<commisisse existimabitis>) et *Fra.* (<tanta eos fuisse stultitia>) et (*nisi [ut] probetur*) *Bu. 29* (<in tanto errore versati sunt>) siqui ... haberem (5) *Quint. 5, 11, 33* (*ob argum. ex iure dissimili*) *eaque cum proximis libere reddit Victor RL. 402, 33* 4 de domo *Quint. A* mea om. V (*ut multa*) et *Quint. probante Emlein 37sq. adn.* coegissent Vσ 5 prohibuissent σ^c non haberem om. T s. f. v. ante *interstitium* 8 queror Lω qm̄ T quō EL quo V (*aut quō aut cum aut quomodo aut quando* σ¹) 11 nullū deiectū modo T 14 totoq; T 15 phibuerunt T phibuerit V 18. 19 qui ad T quid <id> ad *Ern.* (*et ante cum Fa. et post ages ini. v. 20 add.?*) *itemque et ante eum et post eum multi lecti philologique mutando distinguendo addendo frustra locum desperatum emendabant* (v. Ke.): *nam praeter alia et actoris* (praetoris *Fa. auctoris Heise apud Savigny, Besitz p. 61 facinoris [et ut ad ... agas] Mo.*) et *notionem offendit* 19 aut T aut ad ELVω adq; T et ad Vω 20 ages T aies ELVσ^c

non ius possessionis adsequitur, sed dolorem inminu-¹³
 tae libertatis iudicio poenaeque mitigat. praetor interea,³⁶
 Piso, tanta de re tacebit? quem ad modum te restituat
 in aedis tuas non habebit? qui dies totos aut vim fieri
 5 vetat aut restitui factam iubet, qui de fossis, de cloa-
 cis, de minimis aquarum itinerumque controversiis in-
 terdic*(i)*t, is repente obmutescet, in atrocissima re quid
 faciat non habebit? et C. Pisoni domo tectisque suis
 prohibito, <prohibito>, inquam, per homines coactos et
 10 armatos, praetor quem ad modum more et exemplo
 opitulari possit non habebit? quid enim dicet aut quid
 tu tam insigni accepta iniuria postulabis? 'unde si pro-
 hibitus'? sic nemo umquam interdixit; novum est, non
 dico inusitatum, verum omnino inauditum. 'unde de-
 15 iectus'? quid proficies, cum illi hoc respondebunt tibi
 quod tu nunc mihi armatis se tibi obstitisse, ne in
 aedis accederes; deici porro nullo modo potuisse qui
 non accesserit? 'deicior ego' inquis 'si quis meorum³⁷
 deicitur omnino.' iam bene agis: a verbis enim rece-
 20 dis et aequitate uteris. nam verba quidem ipsa si se-
 qui volumus, quo modo tu deiceris, cum servus tuus
 deicitur? verum ita est uti dicis; te deiectum debeo in-
 tellegere, etiamsi tactus non fueris. nonne? age nunc,
 si ne tuorum quidem quisquam loco motus erit atque
 25 omnes in aedibus adservati ac retenti, tu solus prohi-
 bitus et a tuis aedibus vi atque armis proterritus, utrum
 hanc actionem habebis qua nos usi sumus an aliam

3 tacebis V^σ 6 interdictis *etiam* TE 7 quod *Ern.*
 8 pisonem V (ex pos me) ELV (-em) ω *corr. Lb.* que *om.* T
 9 *add. σ* (Ang.) 13 sis TELV ω *corr. Gar.* numquam (*om.*
 nemo) T 14 inu*(i)*sitatum *Ha.* d*e*iectus T 15 ille T 16 ar-
 matos TELV ω *corr. Fa.* (se *om. σ*) 17 deieci T 20 uertis
 LV ω quidem *om.* LV ω 23 sit actus nonne (*om.* non
 fueris) T (non eris *RKL.*) 24 quidem tuorum LV ω 25 ac ser-
 uati ELV ω ac reseruati T phitus T 26 pterritus TE per-
 territas LV ω

quampiam an omnino nullam? nullam esse actionem dicere in re tam insigni tamque atroci neque prudentiae neque auctoritatis tuae est; alia si quae forte est
 38 quae nos fugerit, dic, quae sit: cupio discere. haec si est qua nos usi sumus, te iudice vincamus necesse est. 5
 non enim vereor ne hoc dicas, in eadem causa eodem interdicto te oportere restitui, Caecinam non oportere. etenim cui non perspicuum est ad incertum revocari bona, fortunas, possessionis omnium, si ulla ex parte sententia huius interdicti deminuta aut infirmata sit, si 10
 auctoritate virorum talium vis armatorum hominum iudicio adprobata videatur, in quo iudicio non de armis dubitatum, sed de verbis quaesitum esse dicatur? isne apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit: 'reieci ego te armatis hominibus, non deieci', ut tan- 15
 tum facinus non in aequitate defensionis, sed in una
 39 littera latuisse videatur? huiusce rei vos statuētis nullam esse actionem, nullum experiendi ius constitutum, qui obstiterit armatis hominibus, qui multitudine coacta non introitu, sed omnino aditu quempiam prohi- 20
 14 buerit? quid ergo? hoc quam habet vim ut distare ali- quid aut ex aliqua parte differre videatur, utrum pe-

P inde a 8 ([perspicuum est]) 2 in re dicere **T** 2 *sqq.* ex *h. l. Quint. 5, 10, 68 commemorat quaestionem 'si haec actio non sit quae sit'* 3 aliqua si **T** inter ē et quae **T** habet linea del. non enim ... restitui (6*sqq.*) si qua ^o 7 restui **E** 8 um est in principio paginae **P** non perspicuum sit **TE** perspicuum non sit **LV** ω (fit *Ern.*, sed sit ex st *ortum*) 9 bonas fortunas

EV ^u illa **E** 10 deminuta (*pro dim.*) solus **T** si **P** (*Lb.*) si in **E** (*non sim*) **LV** ω se in **T** 11 uis et approbata **P** (*Hot.*) uis et approbatum **T** (*adp.*) **ELV** (*unde ius ω*) 12 uideatur ... dubitatum *om.* **T** 14 defenderet **T** 15 eieci ... videatur (17) *Rufin. RL. 40, 3 (ob ἐξουθενισμόν) <r>*eieci *Ke. (etiam § 66 et 85) probantibus plerisque obloquente Mo. 364* te ego **T** 16 aequitate iuris *Rufin.* 18 nullum **TELV** ω nulli **P** ut *vid.* expeundi **T** experiendi **P** ut *vid.* constitutum quod **V** ω 19 <si> qui et [q]ui *Fra. 236sq.* <in eum> qui *Bu. 20 non* in **T** introitus **P** 21 hoc *om.* **P** utdi*are **P** ut ista re **TELV** ω 22 aliqua ex **LV** ω 22—69^b, 4 *dist. Mdv.* (*vim? et possim priores*)

dem cum intulero atque in possessione vestigium fecero, tum expellar ac deiciar, an eadem vi et isdem armis mihi ante occurratur, ne non modo intrare, verum aspicere aut aspirare possim? quid hoc ab illo differt
 5 ut ille cogatur restituere qui ingressum expulerit, ille qui ingredientem reppulerit non cogatur? videte, per
 40 deos immortales quod ius nobis, quam condicionem vobismet ipsis, quam denique civitati legem constituere velitis. huiusce generis una est actio per hoc
 10 interdictum quo nos usi sumus constituta: ea si nihil valet aut si ad hanc rem non pertinet, quid negligentius aut quid stultius maioribus nostris dici potest, qui aut
 tantae rei praetermiserint actionem aut eam constituerint, quae nequaquam satis verbis causam et rationem
 15 iuris amplecteretur? hoc est periculosum, dissolvi hoc interdictum, est captiosum omnibus rem ullam constitui eius modi, quae cum armis gesta sit, rescindi iure non possit; verum tamen illud est turpissimum, tantae stultitiae prudentissimos homines condemnari,
 20 ut vos iudicetis huius rei ius atque actionem in mentem maioribus nostris non venisse.

‘Queramur’ inquit ‘licet; tamen hoc interdicto Aebu-
 41 tius non tenetur.’ quid ita? ‘quod vis Caecinae facta non est.’ dici in hac causa potest ubi arma fuerint,
 25 ubi coacta hominum multitudo, ubi instructi et certis locis cum ferro homines collocati, ubi minae, pericula

P usque ad 22 (interdicto)] 1 possessione P possessionem ELV ω possessiones T 2 ac PTE atque LV ω an in LV ω iisdem L ω 3 oc s. v. E 4 aspicere, a ex u T quid P (Lb.) qui TELV ω 5 ut intelligat E (int. *linea del. m. 2*) 6sq. cf. ad 74^b, 25sqq. 9 huius (ce s. v. ut vid.) P 10 ualet & si & hanc T 12 deici P 13 p̄termiserint T 14 rationem, r ex c E 15 amplectaret T hoc P om. TEL ω post est habet V est periculosum P periculosum est TELV ω ([est peric. . . interd.] Fra. 264 [dissolvi] et [interd.] Kay.) 16 captiosum est σ nullam P ut vid. 18 est turpissimum illud PLV ω ([est Or.) 20 ius TE interdictum P ut vid. uim σ^c om. L ω 21 <constituere> post venisse (ubi clausula depravatur) aut post actionem Mue. 24 <hocine> dici Fra. 259 fuerunt Bai.

terroresque mortis, ibi vim non fuisse? 'nemo' inquit
 'occisus est neque saucius <factus>'. quid ais? cum de
 possessionis controversia et de privatorum hominum
 contentione iuris loquamur, tu vim negabis factam, si
 caedes et occisio facta non erit? ego exercitus maxi- 5
 mos saepe pulsos et fugatos esse dico terrore ipso im-
 petuque hostium sine cuiusquam non modo morte,
 15 verum etiam vulnere. etenim, recuperatores, non ea
 42 sola vis est quae ad corpus nostrum vitamque perve-
 nit, sed etiam multo maior ea quae periculo mortis 10
 iniecto formidine animum perterritum loco saepe et
 certo de statu demovet. itaque saucii saepe homines
 cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt ne-
 que eum relinquunt locum quem statuerunt defendere;
 at alii pelluntur integri, ut non dubium sit, quin maior 15
 adhibita vis ei sit cuius animus sit perterritus quam
 43 illi cuius corpus vulneratum sit. quodsi vi pulsos di-
 cimus exercitus esse eos qui metu ac tenui saepe suspi-
 cione periculi fugerunt, et si non solum impulsu scu-
 torum neque conflictu corporum neque ictu cominus 20
 neque coniectione telorum, sed saepe clamore ipso
 militum aut instructione aspectuque signorum magnas
 copias pulsas esse et vidimus et audivimus, quae vis
 in bello appellatur ea in otio non appellabitur? et quod
 vehemens in re militari putatur, id leve in iure civili 25

2 add. Zie. 786 duce Mue. conferente Tull. 55 (sauci<at>us Ern.)

4 loquimur Ba. Mnem. VIII 184 loquemur Kay. 4 sq. facta
 non erit h. l. L ω ante saepe pulsos EV et T (sed spe nos pro
 saepe) et exercitus ELV ω exercitus T ego ex. corr. cod. Taur.
 apud Ke. 5 maximus ELV ω 6 et effugatos EV 8 etenim
 ... demovet (12) Quint. 7, 3, 17 (ob rationem qua res propo-
 natur, verba non periclitentur) 9 sola ea T 10 etiam <et>
 Fra. 12 de om. Quint. stratu T dimouet L ω (dem. etiam
 Quint.) 14 relinquunt TELV ω (corr. σ^c) statuerint L ω (non
 T ubi alt. u angustius statuêrt E) 18 esse om. T 19 si om.
 T 20 cominus TL ω 21 coniectione T 23 quae ...
 appellabitur (24) Quint. 7, 3, 29 (ob probationem ex similitudine)

iudicabitur? et quod exercitus armatos movet, id ad-
 vocationem togatorum non videbitur movisse? et vul-
 nus corporis magis istam vim quam terror animi de-
 clarabit? et sauciatio quaeretur, cum fugam factam esse
 5 constabit? tuus enim testis hoc dixit metu perterritis 44
 nostris advocatis locum se qua effugerent demonstrasse.
 qui non modo ut fugerent, sed etiam ipsius fugae tu-
 tam viam quaesierunt, his vis adhibita non videbitur?
 quid igitur fugiebant? propter metum. quid metue-
 10 bant? vim videlicet. potestis igitur principia negare
 cum extrema conceditis? fugisse perterritos confitemini;
 causam fugae dicitis eandem quam omnes intellegi-
 mus, arma, multitudinem hominum, incursionem atque
 impetum armatorum: haec ubi conceduntur esse facta,
 15 ibi vis facta negabitur?

At vero hoc quidem iam vetus est et maiorum ex-¹⁶
 emplo multis in rebus usitatum cum ad vim faciendam ⁴⁵
 veniretur, si quos armatos quamvis procul conspexissent,
 ut statim testificati discederent, <cum> optime sponsio-
 20 nem facere possent, 'ni adversus edictum praetoris vis
 facta esset'. itane vero? scire esse armatos satis est,

1 quod ... movisse (2) *Quint. 5, 10, 92 (ob argumentum ex maiore)* 2 togatorum *om. codd. Quint. contra loci sententiam*

3 declaravit TEV 5 perterritus T 6 se TEV *om. L ω (ante metu 9 add. Lb.)* quę fugerent T 8 quęsierint TE (*non melius vel ob clausulam*) 9 quid ... conced. (11) *Quint. 7, 3, 29 (ob initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia breviter complexa)* igitur fugiebant et quid metuebant non recte *Laurand 168 et Gotzes 93 inter clausulas heroicas enumerant. nam non sunt clausulae in concisis* 10 potestis *Quint. potestatis T et E (sed potestis m. 2 s. v.) et LV ω (sed potestis post negare)* 11 concedatis *Quint. probantibus Emlein 15 adn. et Gaffiot ('le vrai latin')*: at cf. *Skutsch Glotta III 366*

14 armorum L ω 15 negabat T 16 ē || est et T 17 faciendam T 19 *add. Kay. (<et> Bai. duce Wei.)* 20 ni T (*Lb.*) ne ELV σ^c 21 p r T p R E itane ... satis (72^b, 2) *Quint. 5, 10, 93 eademque libere reddit Victor RL. 401, 6 et 29 (ob argumentum a minore) vero om. Quint. sat est Quint. (sed 72^b, 2 est satis)*

ut vim factam probes: in manus eorum incidere non est satis? aspectus armatorum ad vim probandam valebit: incursus et impetus non valebit? qui abierit facilius
 46 sibi vim factam probabit quam qui effugerit? at ego hoc dico, sit, ut primum in castello Caecinae dixit Aebutius se homines coegisse et armasse neque eum, si illo accessisset, abiturum, statim Caecina discessisset, dubitare vos non debuisset, quin Caecinae facta vis esset; si vero simul ac procul conspexit armatos recessisset, eo minus dubitaretis. omnis enim vis est, 10 quae <pe>riculo aut decedere nos alicunde cogit aut prohibet accedere. quod si aliter statuetis, videte ne hoc vos statuatis qui vivos discesserit ei vim non esse factam, ne hoc omnibus in possessionum controversiis praescribatis, ut confligendum sibi et armis decertan- 15 dum putent, ne quem ad modum in bello poena ignavis ab imperatoribus constituitur, sic in iudiciis deterior causa sit eorum qui fugerint quam qui ad extremum
 47 usque contenderint. cum de iure et legitimis hominum controversiis loquimur et in his rebus vim nominamus, 20 pertenui<s> vis intellegi debet. vidi armatos quamvis paucos: magna vis est. decessi unius hominis telo proterritus: deiectus detrussusque sum. hoc si ita statuetis, non modo non erit cur depugnare quisquam posthac possessionis causa velit, sed ne illud quidem 25 cur repugnare. sin autem vim sine caede, sine vulneratione, sine sanguine nullam intellegitis, statuetis homines possessionis cupidiores quam vitae esse oportere.

P inde a 25 ([post]hac) 5 dico hoc LV ω ut primum V (Lb.) ut primo TEL ω 6—9 (una cum 71^b, 21—72^b, 2) libere reddit Victor RL. 401, 27 8 debuissetis σ^c 10 cominus T 11 quericulo T quae ridiculo ELV (red.) ω alicunde T (Naug.) aliunde ELV ω 12 accederet T 21 pertenui uis ELV ω pertenuis T 23 perterritus TELV ω corr. Bai. <vi> deiectus Ba. 30 fort. recte 24 non modo om. E¹ (n̄ m̄ in marg. add. 2) 26 depugnare T 27 alt. sine om. T intelligitis statuitis P

Age vero, de vi te ipsum habebō iudicem, Aebuti. ¹⁷
 responde, si tibi videtur. in fundum Caecina utrum ⁴⁸
 tandem noluit an non potuit accedere? cum te ob-
 stitisse et reppulisse dicis, certe hunc voluisse concedis.
 5 potes igitur dicere non ei vim fuisse impedimento cui,
 cum cuperet eoque consilio venisset, per homines co-
 actos licitum non sit accedere? si enim id quod maxime
 voluit, nullo modo potuit, vis profecto quaedam ob-
 stiterit necesse est: aut tu dic, quam ob rem, cum vellet
 10 accedere, non accesserit. iam vim factam negare non ⁴⁹
 potes; deiectus quem ad modum sit qui non accesserit,
 id quaeritur. demoveri enim et depelli de loco necesse
 est eum qui deiciatur. id autem accidere ei qui potest,
 qui omnino in eo loco unde se deiectum esse dicit
 15 numquam fuit? quid? si fuisset et ex eo loco metu
 permotus fugisset cum armatos vidisset, diceresne esse
 deiectum? opinor. a<i>n tu? qui tam`diligenter et
 tam callide verbis controversias, non aequitate diiudi-
 cas et iura non utilitate communi, sed litteris exprimis,
 20 poterisne dicere deiectum esse eum qui tactus non erit?
 quid? detrusum dicesne? nam eo verbo antea praetores
 in hoc interdicto uti solebant. quid ais? potestne de-
 trudi quisquam qui non attingitur? nonne si verbum
 sequi volumus hoc intellegamus necessesse eum detrudi
 25 cui manus adferantur? necessesse, inquam, si ad ver-

1 habeo T 3 tandem noluit PTEV noluit tandem L ω
 4 reppulisse PTEV repudiasse L ω 5 pot E post T potest
 LV ω si potes P quicum P 7 non sit licitum L ω 8 doluit
 P, sed pot super dol 12 de loco P 13 est om. T id in marg.
 T accedere TV 15 quod LV ω et om. T 16 permotos
 T 17 add. Raue (et Ba. et Mdv. Ann. phil. 1856 p. 122)
 18 calide P controuersium P diuidisset iura T 19 expendis
 Fra. 265 exquiris Mue. 20 delectum P tañctus P qđ T
 21 ne P om. TELV ω 22 in PTE om. LV ω potne E 24 ne-
 cessesse P (item v. 25) necesse est TELV ω (sed v. 25 nec est)
 25 iam s. cui add. P adferantur, d ex u et v s. d E auferantur V

bum rem volumus adiungere, neminem statui detrusum
 qui non adhibita vi manu demotus et actus praeceptus
 50 intellegatur. deiectus vero qui potest esse quisquam
 nisi in inferiorem locum de superiore motus? potest
 pulsus, fugatus, eiectus denique: illud vero nullo modo 5
 potest deiectus esse quisquam, non modo qui tactus
 non sit, sed ne in aequo quidem et plano loco. quid
 ergo? hoc interdictum putamus eorum esse causa com-
 positum qui se praecipitatos ex locis superioribus di-
 cerent — eos enim vere possumus dicere esse deiec- 10
 18 tos —, an, cum voluntas et consilium et sententia inter-
 dicti intellegatur, inprudenciam summam aut stultitiam
 singularem putabimus in verborum errore versari, rem
 et causam et utilitatem communem non relinquere so-
 lum, sed etiam prodere? . 15

51 An hoc dubium est, quin neque verborum tanta co-
 pia sit non modo in nostra lingua, quae dicitur esse
 inops, sed ne in alia quidem ulla, res ut omnes suis
 certis ac propriis vocabulis nominentur, neque vero
 quicquam opus sit verbis, cum ea res cuius causa verba 20
 quaesita sint intellegatur? quae lex, quod senatus con-
 sultum, quod magistratus edictum, quod foedus aut
 pactio, quod, ut ad privatas res redeam, testamentum,
 quae iudicii aut stipulationis aut pacti et conventi for-
 mula non infirmari ac convelli potest, si ad verba rem 25
 deflectere velimus, consilium autem eorum qui scrip-

P usque ad 9 (prae[cipitatos]) 1 adiungere P (Lb.) attin-
 gere TELV ω statui PT (Lb.) statu ELV ω 2 ui] in T
 3 uerbo P pot E 6 [deiectus esse quisquam] Ba. Mnem.
 I 724 et VIII 184sq. probantibus multis 7 in P om. TELV ω
 11 an <non> cum (post deiectos) Iunt. 12 intelligantur T
 13 rem] Itē T 14 ñ s. v. E 20 cuius om. T 21 ad § 51—55
 — ex parte iam ad § 40 spectat Quint. 7, 6, 7: fieri tamen
 potest, ut ex aliis legibus exempla ducamus ex quibus appareat
 semper stari scripto non posse, ut Cicero pro Caecina. fecit
 (similiter Fortunat. RL. 107, 30 et Victorin. RL. 193, 25) 24 iu-
 dicia aut stipulationes TELV ω corr. Rkl. et] aut V 25 ac] et
 V aut cod. Vindob. probante Mue. c. al. 26 eorum om. T

serunt et rationem et auctoritatem relinquamus? sermo ⁵²
hercule familiaris et cotidianus non cohaerebit, si verba
inter nos aucupabimur; denique imperium domesticum
nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus, ut
5 ad verba nobis oboediant, non ad id quod ex verbis
intellegi possit optemperent. exemplis nunc uti vide-
licet mihi necesse est harum rerum omnium: non oc-
currit uni cuique vestrum aliud alii in omni genere
exemplum, quod testimonio sit non ex verbis aptum
10 pendere ius, sed verba servire hominum consiliis et
auctoritatibus. ornate et copiose L. Crassus, homo ⁵³
longe eloquentissimus, paulo antequam nos in forum
venimus, iudicio centumvirali hanc sententiam defendit
et facile, cum contra eum prudentissimus homo, Q. Mu-
15 cius, diceret, probavit omnibus, M'. Curium, qui heres
institutus esset ita: 'mortuo postumo filio', cum filius
non modo non mortuus, sed ne natus quidem esset,
heredem esse oportere. quid? verbis hoc satis erat
cautum? minime. quae res igitur valuit? voluntas,
20 quae si tacitis nobis intellegi posset, verbis omnino
non uteremur; quia non potest, verba reperta sunt, non
quae impedirent, sed quae indicarent voluntatem. lex ¹⁹
usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium: at ⁵⁴
utimur eodem iure in aedibus, quae in lege non ap-
25 pellantur. si via sit immunita, iubet qua velit agere
iumentum; potest hoc ex ipsis verbis intellegi licere,
si via sit in Brittiis immunita, agere si velit iumentum
per M. Scauri Tusculanum. actio est in auctorem prae-

2 familiaris T et familiaris ELV ω 4 nostris om. T 6sq. ad
totum hunc locum spectare videtur Fortunat. RL. 107, 28 (ex-
emplo multarum legem probamus praesentem quoque legem ita
sentire ut nos defendimus, sicut M. Tullius fecit... pro Caecina)

9 qđ qđ T actum L ω 13 centumvirale T 15 m. TELV ω
corr. Man. curiā T 16 cum filiis T 17 non modo [non] Ern.
fortasse recte (cf. ad 91^b, 20) 18 eē heredem (om. esse) T
satis hoc cautum erat LV ω 20 possit T 23 [et] Hot.
24 appellatur EV 26 ipsis T om. ELV ω 27 brittiis T bryttiis E
bruttiis L ω 28 auctio T

sentem his verbis: 'quandoque te in iure conspicio'.
 hac actione Appius ille Caecus uti non posset, si <i>ta
 in iure homines verba consecrarentur, ut rem cuius
 causa verba sunt non considerarent. testamento si re-
 citatus heres esset pupillus Cornelius isque iam annos 5
 xx haberet, vobis interpretibus amitteret hereditatem.
 5 veniunt in mentem mihi permulta, vobis plura, certo
 scio. verum ne nimium multa complectamur atque ab
 eo quod propositum est longius aberret oratio, hoc
 ipsum interdictum quo de agitur consideremus: intelle- 10
 getis enim in eo ipso, si in verbis ius constituamus,
 utilitatem omnem nos huius interdicti, dum versuti et
 callidi velimus esse, amissuros. 'unde tu aut familia
 aut procurator tuus'. si me vilicus tuus solus deiecisset,
 non familia deiecisset, ut opinor, sed aliquis de familia. 15
 recte igitur diceres te restituisse? quippe: quid enim
 facilius est quam probar<e> is qui modo Latine sciunt
 in uno servulo familiae nomen non valere? si vero
 ne habeas quidem servum praeter eum qui me deie-
 cerit, clames videlicet: 'si habeo familiam, a familia 20
 mea fateor te esse deiectum.' neque enim dubium est,
 quin, si ad rem iudicandam verbo ducimur, non re,

1 quando V (ut Mur. 26: quo spectare videtur Don. ad Phorm. 5, 8, 43, ubi qm̄ vel quoniam libri habent pro quando) de quandoque (contra Ke.) cf. Mo. Kl. Schr. III 461. 565 2 si tam vere TELVω corr. Mdv. Adv. II 198. III 123 3 ut TE

quam LVω 4 causa s. v. E sint E om. T 6 ulginti E 7 certo TEV certe Lω 8 ne mium T (om. ni) 9 erret T 10 quo de E qđ ea T de quo LVω intelligitis ELVω corr. Naug. 11 ius] ipsius T ipsis ius Lehmann, Herm. 1880 p. 570 post constituamus verba familia aut pcurator tuus si me vilicus tuus lineola del. T 12 omnem utilitatem ELVω (cf. Roensch 65) uestuti, r s. v. T 13 uolumus LVω unde . . . deiecisset (14) Quint. 5, 10, 98 (ob fictions) = Victor RL. 403, 19 14 uillicus ELVω (non T, Quint., Vict.) 15 ut] n̄ T 16 restitisse ELVω (corr. Naug. = T) 17 probaris TET probari iis Lω corr. Bai. modo T om. ELVω 18 si uero . . . deiecerit (19) Quint. et Victor 19 deierit T 21 enim om. LVω

familiam intellegamus quae constet ex servis pluribus; quin unus homo familia non sit — verb[o] n]um certe hoc non modo postulat, sed etiam cogit —; at vero ⁵⁶ ratio iuris interdictique vis et praetorum voluntas et ⁵ hominum prudentium consilium et auctoritas respuat hanc defensionem et pro nihilo putet. quid ergo? isti ²⁰ homines Latine non locuntur? immo vero tantum locuntur quantum est satis ad intellegendam voluntatem, cum sibi hoc proposuerint, ut, sive me tu deieceris sive ¹⁰ tuorum quispiam sive servorum sive amicorum, ut servos non numero distinguant, sed appellent uno familiae nomine; de liberis autem quisquis est, procuratoris ⁵⁷ nomine appelletur: non quo omnes sint <a>ut appellentur procuratores qui negotii nostri aliquid gerant, ¹⁵ sed in hac re cognita sententia interdicti verba subtiliter exquiri omnia noluerunt. non enim alia causa ⁽⁵⁷⁾ est aequitatis in uno servo et in pluribus, non alia ratio iuris n hoc genere dumtaxat, utrum me tuus procurator deiecerit, is qui legitime procurator dicitur, omnium ²⁰ rerum eius, qui in Italia non sit absitve rei publicae causa, quasi quidam paene dominus, hoc est alieni iuris vicarius, an tuus colonus aut vicinus aut cliens aut libertus aut quivis, qui illam vim deiectionemque tuo rogatu aut tuo nomine fecerit. quare, si ad eum ⁵⁸ ²⁵ restituendum qui vi deiectus est eandem vim habet aequitatis ratio, ea intellecta certe nihil ad rem pertinet, quae verborum vis sit ac nominum. tam restitues, si tuus me libertus deiecerit nulli tuo praepositus negotio quam si procurator deiecerit: non quo omnes sint pro-

1 ex uero T 2 [quin] *Mdv. Adv. l. s. Fra.*, cum *Mue. del. Ang.* 3 hoc modo ñ T postulabat T 4 oratio T
 5 respuat et 6 putat *Kay.* 9 [ut] *Fra.* 10 [ut] *Fa. obloquentibus post alios Baehrens 411 et Gotzes 20 adn.* seruos,
 o ex u E 11 non in numero T 12 quispiã ã procuratores T
 13 *add. Naug.* 15 sed <quia> *Lb.* subtiliter *om. Ew*
 22 aut tuus *TELV* ω 25 [eandem] *Fra. 266 obloquente Bu. 30*

curatores qui aliquid nostri negotii gerunt, sed quod
 <id> in hac re quaeri nihil attinet. tam restitues si
 unus servulus quam si familia fecerit universa: non
 quo idem sit servulus unus quod familia, verum quia
 non quibus verbis quidque dicatur quaeritur, sed quae 5
 res agatur. etiam si, ut longius a verbo recedamus, ab
 aequitate ne tantulum quidem, si tuus servus nullus
 fuerit et omnes alieni ac mercennarii, tamen ei ipsi
 21 [servi] tuae familiae genere et nomine continebuntur.
 59 perge porro hoc idem interdictum sequi. 'hominibus 10
 coactis.' neminem coegeris, ipsi convenerint sua sponte:
 certe cogit is qui congregat homines et convocat; co-
 acti sunt ii, qui ab aliquo sunt unum in locum con-
 gregati. si non modo convocati non sunt, sed ne con-
 venerunt quidem, sed ii modo fuerunt qui etiam antea, 15
 non vis ut fieret, verum colendi aut pascendi causa
 esse in agro consuerant, defendes homines coactos
 non fuisse, et verbo quidem superabis me ipso iudice,
 re autem ne consistes quidem ullo iudice. vim enim
 multitudinis restitui voluerunt, non solum convocatae 20
 multitudinis; sed, quia plerumque ubi multitudine opus
 est homines cogi solent, ideo de coactis compositum
 interdictum est; quod etiamsi verbo differre videbitur,
 re tamen erit unum et omnibus in causis idem valebit,
 in quibus perspicitur una atque eadem causa aequita- 25
 60 tis. 'armatisve.' quid dicemus? armatos, si Latine lo-
 qui volumus, quos appellare vere possumus? opinor
 eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. quid igitur?
 si glebis aut saxis aut fustibus aliquem de fundo
 praecipitem egeris iussusque sis quem hominibus ar- 30
 matis deieceris restituere, restituisse te dices? verba

2 add. Schue., post re, post quod Io. et Ba. (ubi <hoc> Cl.)

3 <de>iecerit Naug. 4 unus om. LV ω 6 [si] Naug. impro-
 bantibus cum aliis Baehrens et Gotzes l. s. s. 7 ne TE
 non LV ω 8 <s>ed Lb et ipsi T (&) ETV ω corr. Hc.
 9 del. Naug. et genere LV ω 12 cogit TE coegerit L ω cogerit.
 V 17 consueverant V ω 26 armatisque Hot. 31 te dices TE
 dices te LV ω (corr. Naug.)

si valent, si causae non ratione, sed vocibus ponderantur, me auctore dicitō. vinces profecto non fuisse armatos eos qui saxa iacerent, quae de terra ipsi tollerent, non esse arma caespites neque glebas; non fuisse
 5 armatos eos qui praetereuntes ramum defringerent arboris; arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum: quae qui non habuerint, eos inermos fuisse vinces. verum si quod erit armorum iudicium,⁶¹
 tum ista dicitō; iuris iudicium cum erit et aequitatis,
 10 cave in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitiscas. non enim reperies quemquam iudicem aut recuperatorem, qui tamquam si arma militis inspiciunda sint ita probet armatum; sed perinde valebit quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitae aut
 15 corpori potuerint adferre.

Atque ut magis intellegas quam verba nihil valeant,²²
 si tu solus aut quivis unus cum scuto et gladio impetum in me fecisset atque ego ita deiectus essem,
 62 auderesne dicere interdictum esse de hominibus armatis, hic autem hominem armatum unum fuisse?
 20 non, opinor, tam inprudens esses. atqui vide, ne multo nunc sis inprudens. nam tum quidem omnes mortales implorare posses, quod homines in tuo negotio Latine obliviscerentur, [quod] inermi armati iudicarentur,
 25 quod, cum interdictum esset de pluribus, commissares esset ab uno; unus homo plures esse homines iu-

P inde a 23 ([pos]ses) 1 ponderat̄ ne T 2 uincēsq; T
 (v. quidem Bai.) 3 post eos E habet ^ē q̄ ptereuntes
 ramū defringerent arboris *linea del.* quē TE qui LV^ω
 7 inermes LV^ω qđ TE quidem LV^ω 10 frigida
 E delitiscas EV delitescas TL^ω 12 inspicienda V^ω
 13 p inde T armatissimi TE (cf. Augustin. GL. V 495, 12:
 armatissimus quod Tullius ait) amantissimi LV paratissimi ^ω
 17 et TE cum LV^ω 19 uideresne E hominibus armatis
 T armatis hominibus ELV^ω 21 tam T iam ELV^ω 24 Latine
 <loqui> Naug. del. Sch. [quod . . . iudicarentur] Kay. (Mue.) sed
 inermi a. i. respondet unus . . . iud. v. 26sq. inermes ^ω

63 dicare[n]tur. verum in his causis non verba veniunt
 in iudicium, sed ea res cuius causa verba haec in inter-
 dictum coniecta sunt. vim quae ad caput ac vitam
 pertineret restitui sine ulla exceptione voluerunt. ea
 fit plerumque per homines coactos armatosque; si alio 5
 consilio eodem periculo facta sit, eodem iure esse vo-
 luerunt. non enim maior est iniuria, si tua familia
 quam si tuus vilicus, non, si tui servi quam si alieni
 ac mercennarii, non, si tuus procurator quam si vicinus
 aut libertus tuus, non, si coactis hominibus quam si 10
 voluntariis aut etiam assiduis ac domesticis, non, si
 armatis quam si inermibus, qui vim armatorum habe-
 rent ad nocendum, non, si pluribus quam si uno ar-
 mato. quibus enim rebus plerumque vis fit eius modi,
 eae res appellantur in interdicto. si per alias res eadem 15
 facta vis est, ea tametsi verbis interdicti non concludi-
 tur, sententia tamen iuris atque auctoritate retinetur.

23 Venio nunc ad illud tuum 'non deieci: non enim
 64 sivi accedere.' puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto
 ista sit angustior iniquiorque defensio quam si illa 20
 uterere: 'non fuerunt armati, cum fustibus et cum saxis
 fuerunt.' si mehercule mihi, non copioso homini ad
 dicendum, optio detur, utrum malim defendere non
 esse deiectum eum cui vi et armis ingredienti sit oc-
 cursum, an armatos non fuisse eos qui sine scutis sine- 25
 que ferro fuerint, omnino ad probandum utramque rem
 videam infirmam nugatoriamque esse, ad dicendum

1 *del. ed. Ven. (cf. 79^b, 24)* 2 in *alterum om.* T s. v. E 3 ad P *om.* T
 ac PTE et ad LV ω 4 *pertineret* P *pertinet* TELV ω 6 *auxilio*
 Ba. 12 si *om.* σ 12 *inermis* σ^1 *armatorum haberent* P
 haberent *armatorum* TELV ω 13 uno *om.* P 15 eae PE σ heq
 TV hae L ω , *ubi dist. We.* (fit, eius m. *prior*) in *om.* LV ω
 ea ω *dem* E (*er. s*) 17 *sententia tamen* P *tamen sententia*
 TELV ω *continetur* Lb. 18 *deci (ie s. v.)* P non enim *siui*
 PTE si (se V) enim *sui* LV ω (si non *siui* σ) 21 *armato* T
 quom f. et quom (*sic*) P cum f. et cum TE cum f. et L ω (ar-
 mati . . . fuerunt *om.* V) 24 *eum qui* P 25 *sineque* P ac *sine*
 TELV ω 26 *probendam* T

autem in altera videar mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos eos qui neque ferri quicquam neque scutum ullum habuerint; hic vero haeream, si mihi defendendum sit eum qui pulsus fugatusque sit non
5 esse delectum.

Atque illud in tota defensione tua mihi maxime mi-⁶
rum videbatur, te dicere iuris consultorum auctoritati optemperari non oportere. quod ego tametsi non nunc primum neque in hac causa solum audio, tamen ad-
10 modum mirabar abs te quam ob rem diceretur. nam ceteri tum ad istam orationem decurrunt, cum se in causa putant habere aequum et bonum quod defendant; si contra verbis et litteris et, ut dici solet, summo iure contenditur, solent eius modi iniquitati aequi et
15 boni nomen dignitatemque opponere. tum illud quod dicitur 'sive nive' inrident, tum aucupia verborum et litterarum tendiculas in invidiam vocant, tum vociferantur ex aequo et bono, non ex callido versutoque iure rem iudicari oportere; scriptum sequi calumniatoris esse
20 bonique iudicis voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere. in ista vero causa, cum tu sis is qui te ver-⁶⁶
bo litteraque defendas, cum tuae sint hae partes unde deiectus es? an inde quo prohibitus es accedere? eiec-

P usque ad 8 (optempera[ri]) 1 in alteram P 6 in totali intra B 8 ego s. v. E 11 cum EB orationem Tσ (Lb.) hortationem ELBVω 13 uobis B et uerbis B¹ 14 iure Bσ iuri TELVω aequi et boni TE et equi et boni B et (om. V) boni et aequi LVω 15 quo ELV 16 si ueni be ELω (corr. Gulielmius) si ueni bene T si uem bene BV siue bene siue male B¹ tum aut copia B 17 litterā T termini bellas B tabellas B¹ cf. Ambros. expos. psalm. 118, 22, 10 p. 493, 20 Petsch. (disputationis tendiculas et aucupia verborum) et expos. ev. Luc. 6, 38 p. 247, 23 (ut quidam haeretici tendiculas aucupantur) et de fide 3, 5, 37 (ut quidam haeretici tendiculas aucupemus) adde quae affert Gotzes 103 adn. 2 et 3 18 callidoque (om. uersuto) B 20 boni[que] Man. c. al. <aequi> bonique Bai. (cf. Schoenberger Jb. 1915, 292) 22 hęc TB eę E 23 quo om. TB (quod B¹) cohibitus TELBVω (corr. σ) acceder& T attendere B ascendere B¹ <r>electus Cam. (Ke. ut 68^b, 15)

tus es, non deiectus,' cum tua sit haec oratio 'fateor me homines coëgisse, fateor armasse, fateor tibi mortem esse minitatum, fateor haec interdicto praetoris vindicari, si voluntas et aequitas valeat; sed ego invenio in interdicto verbum unum, ubi delitiscam: 'non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires' — in ista defensione accusas eos qui consuluntur quod aequitatis censeant rationem, non verbi haberi oportere?

24 Et hoc loco Scaevolam dixisti causam apud centum-
67 viros non tenuisse; quem ego antea [non] commemoravi, quom idem faceret quod tu nunc, tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis, tamen probasse nemini quod defendit, quia verbis oppugnare aequitatem videbatur. cum id miror, te hoc in hac re alieno
15 tempore et contra quam ista causa postulasset defendisse, tum illud vulgo in iudiciis et non numquam ab ingeniosis hominibus defendi mihi mirum videri solet, nec iuris consultis concedi nec ius civile in causis sem-
68 per valere oportere. nam hoc qui disputant, si id dicunt
20 non recte aliquid statuere eos qui consulantur, non hoc debent dicere iuris consultis, sed hominibus stultis obtemperari non oportere; sin illos recte respondere concedunt et aliter iudicari dicunt oportere, male iudicari

2 me... fateor *om.* B homine T 3 minitatum B¹ (*Ang.*) inmutatū TB (*vel* imunt) minitatum EL ω minutata V haec E hoc TLBV ω interdictum TELV ω ante dictum B *corr. ed. Asc.*

4 uindicaui TELBV ω *corr. ed. Ven.* 5 in *om.* T (B *ante corr.*) 8. 9 habere TEL ω (*corr. s*) 11 quā TB ego *om.* T antea] 75^b, 14 *del. Naug.* (ante annon et defendit? *Mo.*)

12 quod (*vel* qd) idem TELBV ω *corr. Hot.* 14 memini TB¹ (nemini B) quia B defendit B (*Man.*) defende T defendes E defendis L ω defendas V (defendebat *RKL*) 15 id *om.* B

te in hac re hoc TB 17 cum B iudici eis T iudiciis ELBV ω

19 in iuris B consultus T cedi E 20 hoc qui TB qui hoc ELB¹V ω 21 n̄ T (B?) nec ELV σ 22 ciuilis TELV ω civili σ (*corr. s*^c) consultis (*corr. ed. Ven.*) stultius T 23 Sed illos et contendunt B 24 iudicare TELBV ω

oportere dicunt: neque enim fieri potest, ut aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat nec ut quisquam iuris numeretur peritus, qui id statuatur esse ius quod non oporteat iudicari. 'at est aliquando contra iudicatum.' primum utrum recte an perperam? si recte, id fuit ius quod iudicatum est; sin aliter, non dubium est utrum iudices an iuris consulti vituperandi sint. deinde si de iure vario quippiam iudicatum est, <non> potius contra iuris consultos statu<t>um<s>t, si aliter pronuntiatum est ac Mucio placuit quam ex eorum auctoritate, si, ut Manilius statuebat, sic est iudicatum. etenim ipse Crassus non ita causam apud C. viros egit, ut contra iuris consultos diceret, sed ut hoc doceret, illud quod Scaevola defendebat non esse iuris, et in eam rem non solum rationis adferret, sed etiam Q. Mucio, socero suo, multisque peritissimis hominibus auctoribus uteretur. nam qui ius civile contemnendum putat, is vincula revellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis vitaeque communis; qui autem interpretis iuris vituperat, si inperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure civili detrahit; sin peritis non putat esse optemperandum, non homines laedit, sed legis ac iura labefactat: quod vobis venire in mentem profecto necesse est, nihil esse in civitate tam diligenter quam ius civile retinendum. etenim hoc sublato nihil est quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum aut quid alienum sit, nihil est quod aequabile inter omnes at-

4 Atest ex Adest T iudicaturū et ut pro utrum T 7 utrum] ut h. l. B 8 varie B¹ (et B ante corr. ut vid.) add. Ang. 9 statuunt TELBV^ω corr. Rkl. 10 placuit mucio T (at est Múciō plácuti) 11 si ut TB sic ut ELB¹V^ω (corr. Naug.) manliō TB est iudicatū est T 12 census B censor B¹ c. uiros L^σ uiros (om. centum) TEBV 13 diceret TB 14 ius Mdv. ann. phil. 1856 p. 122 15 afferre TB Q.] qd B 16 auctoritatibus uterent T 17 is om. TB 18 reuellit TB refellit ELV^ω (corr. Naug.) 20 dicit] s. putat T (sic) 21 iuris T sin peritis] is imperitis TEV 23 labefacta T uenere T

71 que unum omnibus esse possit. itaque in ceteris con-
 troversiis atque iudiciis cum quaeritur aliquid factum
 necne sit, verum an falsum proferatur, et fictus testis
 subornari solet et in<ter>poni falsae tabulae, non num-
 quam honesto ac probabili nomine bono viro iudici 5
 error obici, improbo facultas dari, ut, cum sciens per-
 peram iudicarit, testem tamen aut tabulas secutus esse
 videatur; in iure eius modi nihil est, recuperatores, non
 tabulae falsae, non testis improbus, denique nimia ista
 quae dominatur in urbe potentia in hoc solo genere 10
 quiescit; quid agat, quo modo 'aggrediatur iudicem,
 72 qua denique digitum proferat non habet. illud enim
 potest dici iudici ab aliquo non tam verecundo homine
 quam gratioso: 'iudica hoc factum esse aut numquam
 esse factum vel conatum; crede huic testi, has conpro- 15
 ba tabulas'; hoc non potest: 'statue, cui filius agnatus
 sit eius testamentum non esse ruptum; iudica, quod
 mulier sine tutore auctore promiserit, deberi.' non est
 aditus ad huiusce modi res neque potentiae cuiusquam
 neque gratiae; denique, quo maius hoc sanctiusque 20
 videatur, ne pretio quidem corrumpi iudex in eius modi
 73 causa potest. iste vester testis, qui ausus est dicere

1 omnibus *om.* B 4 *add. Hot.* 6 errore T ut cum] ratum
 B ut si eratum B¹ 7 testem tamen TB (*Man.*) testamentum
 EL ω testam V aut] & T ac B 8 eius modi nichil est TB
 nihil est eius modi ELV ω 9 tabellae E · 10 urbe TB (*et in*
ciuitate post potentia) ciuitate ELV ω (*v. T. G. s. v. : urbs : ci-*
uitas et Serv. in Aen. II 265 : urbem id est ciues, al. et cf. 'citta'
'cit ' etc.) 11 qua ex qua T 13 potest B (*Ang.*) pro te est
 TE (*p te  *) LV ω 15 esse factum uel creatum ELV ω *corr.*
Sch. (*c̄- pro  *) factu   creatu TB (*creatu om. B¹ del. Bai.*
[Mue. Cl.]) proba B 16 non] ni B¹ *sp. 2 litt.* B statue B
(Mdv. duce Mo.) se at ue T esse E (* *) LV ω (*del. Naug.*)
 agnatus B¹ * * (*Ang.*) ac natus TELBV ω 17 eius *om.* B ratum
 B 18 <id> deberi *Ha. de liberis* B 20 neq; grati  cui qu 
 deniq; TB (*cui^a B*) quo minus TELBV ω (*corr. Ang.*) hic
 sanctus est sanctusque B est sanctus sanctusque B¹ 21 de
 TELBV ω (*ne Naug.*) quidem TEB quod LV ω

'fecisse videri' eum, de quo ne cuius rei argueretur quidem scire potui[s]t, is ipse numquam auderet iudicare deberi viro dotem quam mulier nullo auctore dixisset.

- 5 O rem praeclaram vobisque ob hoc retinendam, re- (26)
cuperatores. quod enim est ius civile? quod neque 26
inflecti gratia neque perfringi potentia neque adulterari
pecunia possit: quod si non modo oppressum, sed
etiam desertum aut neglegentius asservatum erit, nihil
10 est quod quisquam sese habere certum aut a patre ac-
cepturum aut relicturum liberis arbitretur. quid enim 74
refert aedes aut fundum relictum a patre aut aliqua
ratione habere bene partum, si incertums[i]t, quae
lumina tua iure mancipi sint, ea possisne retinere, si
15 parietum communi[t]um ius, si civili ac publica lege
contra alicuius gratiam teneri non potest? quid, in-
quam, prodest fundum habere, si, quae digentissime
descripta a maioribus iura finium, possessionum, aqua-
rum itinerumque sunt, haec perturbari aliqua ratione
20 commutarique possunt? mihi credite, maior hereditas
uni cuique nostrum venit in isdem bonis a iure et a
legibus quam ab iis a quibus illa ipsa bona nobis

1 di (et quo inter sp. 3 litt.) T nec B 2 potuistis
TELBV ω corr. Rkl. (potuisset Ang.) iudicaret iudicare T
5 hoc om. T ob hoc B retinendā TB retinendum ELV ω
6 Quid enim B 8 quo si E opp̄ sum̄ desertam T 9 ut EV
10 qd E se B 11 acceptum (del. aut v. 10) Mdv. apud
Fra. 272 et Adv. III 124 13 del. Or. (cf. We. et Mdv. ad Cic.
de fin.⁵ p. 441) 14 lumina B (limina B¹) mina T cum omnia
ELV ω (ex nube coniecturarum nemini placuit Manutii emen-
datio quae iam firmatur ex BT) sunt We. 15 parietum TEB
pari tum L ω paratum V parum cod. Ascens. (cui sit Ang. est
Or. aliique add.) del. Man. commixtum B de usus pro ius
cogit. Cl. in praef. si om. B (est Mo. et civile) 16 teri T
17 quae T quia ELV ω decentissime TELBV corr. Gar.
18 a om. TB 21 unicuique nostrum uenit TEB uenit uni-
cuique uestrum LV ω ult. a om. TB 22 bona om. Cl. nobis
TB om. ELV ω

- relicta sunt. nam ut perveniat ad me fundus testamento alicuius fieri potest; ut retineam quod meum factum sit sine iure civili fieri non potest. fundus a patre relinqui potest, at usucapio[ne] fundi, hoc est finis sollicitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, sed a legibus; aquae ductus, haustus, iter, actus a patre, sed rata auctoritas harum rerum omnium ab iure civili sumitur. quapropter non minus diligenter ea quae a maioribus accepistis publica patrimonialia iuris quam privatae rei vestrae retinere debetis, non solum quod haec iure civili saepa sunt, verum etiam quod patrimonium unius incommodo dimittetur, ius amitti non potest sine magno incommodo civitatis.
- 75 In hac ipsa causa, recuperatores, si hoc nos non optinemus vi armatis hominibus deiectum esse eum, quem vi armatis hominibus pulsum fugatumque esse constat, Caecina rem non amittet, quam ipsam animo forti, si tempus ita ferret, amitteret, in possessionem in praesentia non restituetur, nihil amplius; populi Romani causa, civitatis ius, bona, fortunae possessionesque omnium in dubium incertumque revocantur; vestra auctoritate hoc constitue[re]tur, hoc praescribe[re]tur

1 an sunt relicta? cf. Zie. 2 factum est Bai. 3 fieri T om. ELBV^ω 4 at TE an B aut LV^ω del. ed. Ven. (usucapiones B) 5 ac] ad B periculū TELBV^ω corr. Ang. 6 que ductus T 7 que harum TE ab iure T ab omni iure (omni media lineola del.) B iure LV^ω (a iure Naug.) 11 verum TE sed LV^ω 12 dimittetur] (dimittitur plerique cum edd. vet. refutante Mue.) 13 incommodo om. B unde post ciuitatis B¹ add. est ius perditum 15 optinemus etiam B obtinebimus B¹ (Ang.) obtineamus σ ui Bσ ut TELV^ω delictum T 17 constat TB¹ s. v. (fugatumque et constat om. B suppl. B¹) constet ELV^ω ure (r e corr.) T amittit V ipsa T 18 ferret Bσ (feret σ^c) tit T (tita mitt.) trē E terre LV^ω possessione TB¹ (non B) 19 iniuria ut alia ita Laurand 168 (et Gotzes 93 adn.) restituetur inter clausulas heroicis referunt: restituetur nil ampliūs respondet ferret amitteret .pr. T 20 bonę TEB¹V^ω corr. L(?) 21 omnium TEB om. LV^ω in om. T reuocabuntur cum Naug. plerique: at cf. Zie. 786sq. 22 constituere B del. et add Naug. c. σ^c

quicum tu posthac de possessione contendes, eum si
 ingressum modo in praedium deieceris, restituas oportebit; sin autem ingredienti cum armata multitudine
 obuius fueris et ita venientem reppuleris, fugaris, aver-
 5 teris, non restitues. iuris [si] <ha>ec vox est esse vim
 non in caede solum, sed etiam in animo, libidinis, nisi
 cruor appareat, vim non esse factam; [in] iuris, deiec-
 tum esse qui prohibitus sit, libidinis, nisi ex eo loco
 ubi vestigium inpresserit, deici neminem posse; iuris,
 10 rem et sententiam et aequitatem plurimum valere
 oportere[t], libidinis, verbo ac littera ius omne intor-
 queri: vos statuite, recuperatores, utrae voces vobis
 honestiores et utiliores esse videantur.

Hoc loco percommode accidit, quod non adest is
 15 qui paulo ante adfuit et adesse nobis frequenter in hac
 causa solet, vir ornatissimus, C. Aquilius: nam ipso
 praesente de virtute eius et prudentia timidius dicerem,
 quod et ipse pudore quodam afficeretur ex sua laude
 et me similis ratio pudoris a praesentis laude tardaret;
 20 cuius auctoritati dictum est ab illa causa concedi ni-
 mium non oportere. <non> vereor, de tali viro ne plus
 dicam quam vos aut sentiatis aut apud vos comme-

1 pt'h T 2 in praedium deieceris B^c in praedium delegeris
 TE delegeris in praedium LV^ω restituas B restituat TELV^ω

3 eū T 5 restitues B (*Naug.*) restituis TELV^ω

iuris B (*Mdv. ad Cic. de fin.² Llsq. adn.*) tu res si TELV^ω
 (iuris si *Bai. probantibus multis, minus recte propter iuris...
 libidinis ter repetita*) ec uox est esse T dico esse B equos
 uester (uestes E) si ELV^ω (*corr. Mdv.*) 6 incedes T in ami
 T in armis B 7 del. *Mdv.* deiectum TB delectum L delictum
 EV^ω 9 in̄serit T 10 rem et TB (*L. Spengel Phil. II 296*)
 retinet E (n ex m ut *vid.*) LV^ω (retineri *Lb.*) 11 intorqueri
 TB torqueri ELV^ω 12 statuite] canute B animaduertite B¹

ut re (uerē B utrū B¹) uob uoces (uoces *om.* B¹) honestiores
 et TB et ELV^ω utiliores B uilliores TELV^ω (utra utilior et
 uideatur *Mdv.*) 16 ipso eo B piso T 18 quod TB^c quo ELV^ω

19 praesentis B (*Ang.*) praesenti TELV^ω 21 oportet TELB^ω
 oporteret V (*corr. Ang.*) add. *Naug.* de] ne TB 22 uos]
 uero B *om.* B¹

78 morari velitis. quapropter hoc dicam numquam eius auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam populus Romanus in cavendo, non in decipiendo perspexerit, qui iuris civilis rationem numquam ab aequitate se-
iunxerit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam 5
populo Romano promptam expositamque praebuerit; qui ita iustus est et bonus vir, ut natura, non disciplina, consultus esse videatur, ita peritus ac prudens, ut ex iure civili non scientia solum quaedam, verum etiam
bonitas nata videatur, cuius tantum est ingenium, ut 10
ab * * vita fides, ut, quicquid inde haurias, purum te li-
79 quidumque haurire sentias. quare permagnam initis a nobis gratiam, cum eum auctorem nostrae defensionis esse dicitis. illud autem miror, cur, cum vos aliquid
contra me sentire dicatis, [cum] eum auctorem vos pro 15
me appelletis, nostrum nominetis. verum tamen quid ait vester iste auctor? 'quibus quidque verbis actum
28 pronuntiatumque sit.' conveni[t] ego ex isto genere consultorum non neminem, ut opinor, istum ipsum quo vos auctore rem istam agere, et defensionem causae 20
constituere vos dicitis. qui cum istam disputationem

5 sua T 6 pr. non h. l., sed ante praebuerit TB pptā T expeditamque Fra. 267 non improbante Bu. 32: i. expositam in foro domique 7 est h. l. TEB post uir LV ω et TEL ω ac

in
BV uir om. B 8 itaque B 10 ut ab uita (corr. uita) T ubi lac. sign. Sch. (sic fere explendam ut ab <omnibus suspiciatur, ita vel tam cog>nita fides) ita prompta ELV ω ex v. 6 ita bona B (ita probata Ba. 31sq. alii similia) 11 te h. l. TEB post que LV ω 12 Quā q̄h rē T 13 nōm T uestrae V (?) nostrae tacite om. Kay. et Mue. post def. trai. Cl. 14 cur ELB¹V ω cū TB iunxit Sch. del. mox cum (gaudet illum auctorem suum dicere sed miratur, cum tum maxime dicunt, cum contra se sentire dicunt, dein transit ad istorum auctorem: cf. Mo. p. 565)

15 contra sentire ne T consentire ne (ne om. B¹) B 16 uestrum V(?) σ 17 uester iste TEB iste uester L ω iste noster V omnibus TE (omib;) LB (om. B¹) V ω corr. Hot. quidquid L(?) ω 18 sit conuenit Ego TELBV ω corr. Man. 19 nomen L(?) ω istum ipsum ut opinor V 20 uos etiam EV(?) 21 dicitis T

mecum ingressus esset, non posse probari quemquam esse deiectum nisi ex eo loco in quo fuisset, rem et sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat, a verbo autem posse recedi non arbitrabatur. cum exemplis uterer multis [†] etiam illa ma-
 5 terno aequitatis a verbo et ab scripto plurimis saepe in rebus ius et aequi et boni rationem esse seiunctam, semperque id valuisse plurimum, quod in se auctori-
 10 tatis habuisset aequitatisque plurimum, consolatus est me et ostendit in hac ipsa causa nihil esse quod laborarem: nam verba ipsa sponsionis facere mecum, si vellem diligenter attendere. 'quonam' inquam 'modo'? 'quia certe' inquit 'deiectus est Caecina vi hominibus armatis aliquo ex loco; si non ex eo loco quem in lo-
 15 cum venire voluit, at ex eo certe unde fugit.' 'quid tum?' 'praetor' inquit 'interdixit, ut unde deiectus esset eo restitueretur, hoc est quicumque is locus esset unde deiectus esset. Aebutius autem, qui fatetur aliquo ex loco deiectum esse Caecinam, is quoniam se
 20 restituisse dixit, necesse est male fecerit sponsionem.' quid est, Piso? placet tibi nos pugnare verbis? placet
 81 causam iuris et aequitatis et non nostrae possessionis, sed omnino possessionum omnium constituere in verbo? ego, quid mihi videretur, quid a maioribus facti-
 25 tatum, quid horum auctoritate quibus iudicandum est

1 probari TEB probare LB¹V^ω 2 delectum EV 3 facere] agere B 5 ante cum plus quam dimidium v. vacuum T & E ex omni memoria Pantag. e tanta materia Sch. 6 antiquitatis Pantag. probantibus Kay. Mue. Cl. ab uerbo L^ω a scripto BV plurimis, m ex s inter scribendum T 7 ius om. T et aequi] eloqui B et boni TB bonique ELV^ω boni σ 9 habuisse TB plurimum aequitatisque B non male facere T (Man.) facer& EV facerent L^ω 10 laborem B 12 Quonam, o ras. ex ò E 13 certe om. TB 14 armatis hominibus TB 15 aut T 16 ut om. B eiectus L(?)V^ω 19 [is] Fra. 264 qm̄ T quō E quo LV quom ω (cum vel quomodo σ) 21 nos om. LV^ω 22 prius et om. B 24 uidetur B ego quid TV ego quod E (qd) L^ω quod a σ 25 quod horum σ

dignum esset, ostendi: id verum, id aequum, id utile omnibus esse spectari, quo consilio et qua sententia, non quibus quidque verbis esset auctum. tu me ad verbum vocas: non ante veniam quam recusaro. nego oportere, nego optineri posse, nego ullam rem esse quae aut comprehendi satis aut caveri aut excipi possit, si aut praeterito aliquo verbo aut ambiguo posito re et sententia cognita non id quod intellegitur, sed id quod dicitur valebit.

29 Quoniam satis recusavi, venio iam quo vocas. quaero 10
82 abs te, simne deiectus, non de Fulciniano fundo; neque enim praetor, 'si ex eo fundo essem deiectus', ita me restitui iussit, sed 'eo unde deiectus essem'. sum ex proximo vicini fundo deiectus, qua adibam ad istum fundum, sum de via, sum certe alicunde sive de privato sive de publico: eo restitui sum iussus. restituisse te dixi: nego me ex edicto praetoris restitutum esse. quid ad haec dicimus? aut tuo quem ad modum dicitur gladio aut nostro defensio tua conficiatur 15
83 necesse est. si ad interdicti sententiam confugis et de quo fundo actum sit tum cum Aebutius restituere iubebatur, id quaerendum esse dicis neque aequitatem rei verbi laqueo capi putas oportere, in meis castris praesidiisque versaris: mea, mea est ista defensio, ego 20

1 uerum] bonum B 4 ueniā TEB¹ uenio LBV^ω 6 cō-
prendi T comprehendi ELBV^ω 7. 8 re et sententia TE sen-
tentia et re LV^ω 9 dī T 10 qm̄ T quō E quom (*vel* cum
vel quando *vel* quomodo) σ 11 ab te V 12 praetor BV^ω
pr. T p. R. ELσ 14 ex] & T quo E qui B quē B¹
15 alicunde TB (*Naug.*) aliunde ELB¹V^ω 16 restituisse
... esse (18) *iterumque* nego ... esse *Quint.* 9, 3, 22 (*ob allo-*
quium advocati adversae partis et ob personas pro aliis fic-
tas et ob figuram in verbo excussa syllaba) 17 dixisti
TELBV^ω *corr. e Quint.* edicto *Quint.* bis (*cf. Emlein p. 21 sq.*
adn. et Bu. 30) decreto TELBV^ω 19 nostro *etiam* V
20 confugis et B (*Naug.*) confugisset TELV^ω 21 tum (*om.*
cum) T cum (*om.* tum) B iubebatur ELσ (*Naug.*) uidebatur
TBV^ω

hoc vociferor, ego omnes homines deosque testor, cum maiores vim armatam nulla iuris defensione texerint, non vestigium eius qui deiectus sit, sed factum illius qui deiecerit in iudicium venire; deiectum esse qui fugatus sit, vim esse factam cui periculum mortis sit iniectum. sin hunc locum fugis et reformidas et me ex hoc, ut ita dicam, campo aequitatis ad istas verborum angustias et ad omnes litterarum angulos revocas, in is ipsis intercludere insidiis, quas mihi conaris opponere. 10 'non deieci, sed eieci.' peracutum hoc tibi videtur, hic est mucro defensionis tuae: in eum ipsum causa tua incurrat necesse est. ego enim tibi refero: si non sum ex eo loco deiectus quo prohibitus sum accedere, at ex eo sum deiectus quo accessi unde fugi. si praetor 15 non distinxit locum quo me restitui iuberet, et restitui iussit, non sum ex edicto restitutus.

Velim, recuperatores, hoc totum si vobis versutius 85 quam mea consuetudo defendendi fert videbitur, sic existimetis: primum alium, non me excogitasse, deinde 20 huius rationis non modo non inventorem, sed ne probatorem quidem esse me idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensionem re<t>tulisse; me posse pro meo iure dicere ne<q>ue in hac re quam ego protuli quaeri oportere quibus verbis praetor inter- 25 dixerit, sed de quo loco sit actum cum interdixit ne-

4 deierit T uenire] uoluisse add. B¹ 5 sit per uim B (vitet ei uim B¹) unde P. Thomas sit per vim <eius> 6 sin B (Bai.) Is in T is in EV is tu L ω hunc TB¹ (homo E) om. EV is tu L ω istum σ et ex hoc me B 8 dist. Bai. (priors revocas. In) 9 is V his TE iis L ω includere V 10 deici sed eici B (<r>eieci ut 68^b, 15 Ke.) 13—14 haec et quae secuntur §§ libere reddit Victor RL. 400, 22—27 16 edicto Lb. (cf. ad 90ⁿ, 17 ibique nominatos) decreto TEBV ω 20 (non modo) ñc TE ne V nunc L ω non B σ [non] Mue. fort. recte (cf. ad 75^b, 1 ibique Mue.) 21 ne non V 23 add. Ber. (non B¹) 24 interdixerit TEB (Lb.) interdixit LV ω 25 de om. σ interdixit L(?)B ω intererit E (interit) L(?)V σ Interit T (interdixerit ed. Ven.)

que in vi armatorum spectari oportere in quo loco sit facta vis, verum sitne facta; te vero nullo modo posse defendere in qua re tu velis verba spectari oportere, in qua re nolis non oportere.

30 Verum tamen ecquid mihi respondetur ad illud quod 5
86 ego iam antea dixi, non solum re et sententia, sed
verbis quoque hoc interdictum ita esse compositum,
ut nihil commutandum videretur? attendite, quaeso,
diligenter, recuperatores: est enim vestri ingenii non
meam, sed maiorum prudentiam cognoscere: non enim 10
id sum dicturus quod ego invenerim, sed quod illos
non fugerit. cum de vi interdicitur, duo genera causa-
rum esse intellegebant ad quae interdictum pertineret,
unum si qui ex eo loco ubi fuisset se <d>eiectum di-
ceret, alterum si qui ab eo loco quo veniret: et horum 15
utrumque neque praeterea quicquam potest accidere,
87 recuperatores. id adeo sic considerate: si qui meam
familiam de meo fundo <deiecerit, ex eo me loco> de-
iecerit; si qui mihi praesto fuerit cum armatis homini-
bus extra meum fundum et me introire prohibuerit, 20
non ex eo, sed ab eo loco me deiecerit. ad haec duo
genera rerum unum verbum quod satis declararet utras-
que res invenerunt, ut sive ex fundo sive a fundo
deiectus essem, uno atque eodem interdicto restituerer
'unde tu'. hoc verbum 'unde' utrumque declarat et ex 25

1 in uia B 3 in ... oportere om. B *similiterque quaedam in sequentibus* 5 & quid ELV ω & qui T *corr. Man.* mihi] nichil B 6 ego iam TB om. ELV ω re om. B 7 hoc om. T 8 uideatur B *non recte probante P. Thoma* 8. 9 quæso diligent TE diligenter quaeso LV ω 10 maiorū, ū e *corr.* T 11 sum id σ^c 14. 15 ubi fuisset se eiectum diceret, alterum si qui ab eo loco TEB om. LV ω (in quo esset ui deiceretur, alterum si ab eo loco *substituit* σ) *add. RKL.* 16 accidere, i ex e T 17 sic T si E (*sed placet E² s. v.*) si placet LV ω 18 deiecerit ex eo me *add. σ (Ang.) loco add. Naug. om.* TELBV ω deiecerit B σ^c delegerit TELV ω 20 extraneū T 21 ex, x ex i E me om. B 22 gna E declarare tu quæ resse inuenerunt T 22. 23 utramque rem B 25 tu om. B et ante ex om. T

quo loco et a quo loco. unde deiectus est Cinna? ex urbe. unde deiect(us Tel)esinus? ab urbe. unde deiecti Galli? a Capitolio. unde qui cum Graccho fuerunt? ex Capitolio. videtis igitur hoc uno verbo⁸⁸
 5 'unde' significari res duas et ex quo et a quo. cum⁽⁸⁸⁾ autem eo restitui iubet, ita iubet ut si Galli a maioribus nostris postularent, ut eo restituerentur unde deiecti essent, et aliqua vi hoc assequi possent, non, opinor, eos in cuniculum qua aggressi erant, sed in
 10 Capitolium restitui oporteret. hoc enim intellegitur 'unde deiecisti' sive ex quo loco sive a quo loco 'eo restituas'. hoc iam simplex est, in eum locum restituas: sive ex hoc loco deiecisti, restitue in hunc locum, sive ab hoc loco, restitue in eum locum, non ex quo, sed
 15 a quo deiectus est. ut si qui, ex alto cum ad patriam accessisset, tempestate subito reiectus optaret, ut cum esset a patria deiectus eo restitueretur, hoc, opinor, optaret, ut a quo loco depulsus esset in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbem
 20 quam petebat, sic, quoniam verborum vim necessario similitudine rerum aucupamur, qui postulat, ut a quo

1 cinna EB¹ (Lb.) cynna T cuma B cecina LV ω
 2 delectisinus T unde corr. et add. Kay. (unde Telesinus iam Bai. duce Rumpf p. 16sq. ad Appian. B. C. I 90sq. et Eutr. 5, 8 provocante, quibus alii alia add.) deiecti sumus B (senones B¹) deiecisti EL ω deiecistis V 3 graccho TB (non B¹) V 5 unde TEBV om. L ω ñ ut vid. (non in) V om. L ω duas res TB aquo TB ω quo loco vi E (·Vi-) L (·vi?) σ^c (Vi — de quo errat Mo. p. 565sq. — videtur ad explanandum 'unum verbum' in his libris omissum pertinere) 6 uti si T 9 dist. Ke. (prioses possent; non) quo σ
 10 oportet V oportere σ 11 deiecti essent B ex v. 8 [loco] Fra. 269 12 iam hoc 'eo rest.' trai. Fra. 13 restituas ... in eum locum (14) om. T 15 est TEB σ om. LV ω ut si ... restituatur (94^b, 2) liberius reddit Victor RL. 400, 1 dist. Schue. (prioses si qui ex alto, cum) 17 esset h. l. E (eēt s. v.) LV ω post deiectus T probantibus post Bai. omnibus reprobante Roensch p. 19 (cum ... optaret om. B) ex patria V se] si V
 20 qm̄ T uerborū uim TEB uim uerborum LV ω 21 aut ϵ

loco deiectus est hoc est unde deiectus est eo restituatur, hoc postulat, ut in eum ipsum locum restituatur. 31
 89 cum verba nos eo ducunt, tum res ipsa hoc sentire atque intellegere cogit. Etenim, Piso, — redeo nunc ad illa principia defensionis meae — si quis te ex aedibus tuis vi hominibus armatis deiecerit, quid ages? opinor, hoc interdicto quo nos usi sumus persequere. quid? si qui iam de foro redeuntem armatis hominibus domum tuam te introire prohibuerit, quid ages? utere eodem interdicto. cum igitur praetor interdixerit unde 10 deiectus es ut eo restituaris, tu hoc idem quod ego dico et quod perspicuum est interpretabere, cum illud verbum 'unde' in utramque rem valeat eoque tu restitui sis iussus, tam te in aedes tuas restitui oportere, si e vestibulo quam si ex interiore aedium parte deiectus sis. 15
 90 Ut vero iam, recuperatores, nulla dubitatio sit sive rem sive verba spectare vultis, quin secundum nos iudicetis, exoritur hic iam obrutis rebus omnibus et perditis illa defensio: eum deici posse qui tum possideat, qui non possideat nullo modo posse; itaque, si ego 20 sim a tuis aedibus deiectus, restitui non oportere, si ipse sis, oportere. numera, quam multa in ista defensione falsa sint, Piso. ac primum illud attende, te iam ex illa ratione esse depulsum, quod negabas quemquam deici posse nisi ind(e) ubi esset: iam posse con- 25
 91 cedis; eum, qui non possideat, negas deici posse. cur

1 unde eiectus TE hoc ... restituatur (2) TEB¹ (unde deiectus est et hoc om. B) om. LV ω (hoc quoque loco Gotzes p. 93 negligit e \acute{o} restituatur respondere locum restituatur)

3 iam res TELBV ω corr. Naug. 6 tuis edib. T ui] in B (om. B¹) ages TEB σ ageres LV ω 7 persequerere ω 9 quid ages om. B ageres utere re σ 10 pr. TV σ p. R. EL ω 13 tu om. T 14 si TEV σ sine L ω (Naug.) ex, er. x ut vid. E 18 iam om. TB e brutis hominibus B (hominibus et B¹)

25 nisi (n̄ E) indubiū esse etiam (eē & iam T (eē & E esset eum B¹) posse (possedissee. Illum esset posse B¹) TELBV ω corr. Rkl. et Or. (ubi(t)um esset quod iteravit Fra.) 26 deiecti V

ergo aut in illud cottidianum interdictum 'unde ille me vi deiecit' additur 'cum ego possiderem', si deici nemo potest qui non possidet, aut in hoc interdictum 'de hominibus armatis' non additur, si oportet quaeri possederit necne? negas deici nisi qui possideat. ostendo, si sine armatis coactisve hominibus deiectus quispiam sit, eum qui fateatur se deiecissee vincere sponsonem, si ostendat eum non possedissee. negas deici nisi qui possideat. ostendo ex hoc interdicto 'de armatis hominibus', qui possit ostendere non possedissee eum qui deiectus sit, condemnari tamen sponsonis necesse esse, si fateatur esse deiectum. dupliciter homines deiciuntur, aut sine coactis armatisve hominibus aut per eius modi rationem atque vim. ad duas dissimiles res duo diiuncta interdicta sunt. in illa vi cottidiana non satis est posse docere se deiectum, nisi ostendere potest cum possideret tum <d>eiectum. ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedissee, ut nec vi nec clam nec precario possederit. itaque is qui se restituisset dixit magna voce saepe confiteri solet se vi deiecissee, verum illud addit 'non possidebat' vel etiam, cum hoc ipsum concessit, vincit tamen sponsonem, si planum facit ab se illum aut vi aut clam aut precario possedissee. videtisne, quot defensionibus eum, qui se armis

1 cottid. T (*item* 15) 5 ostendo ... possideat (9) *om.* T
 6 quispiam EB (*Bai.*) quisquam LV ω 7 sponsonem *Lb.* *improbante* Huschke *Anal. litt.* 146 8 negas ... ostendo (9) *del.* Ussing *apud* Mdv. *Adv.* II 109 *refutante* Mue. 10 qui possit *bis* T 12 esse <sic> Kay. 14 atq; TEB aut LV ω (*ac mgo Lb.*) 15 deiuuncta TELB ω coniuuncta V *corr.* mgo *Lb.* 16 est *om.* B s; fictū nisi TEL(?) sed sit tum nisi V potest TE (pot) possit LV σ 17 *add.* Ang. *c. al.* 18 doceat B ut B σ (*ed.* Ascens.) *om.* TELV ω (*cf.* Lebreton, *Et.* 271) uiclam B 21 possidebit T possedit B 22 *add.* σ (*ed.* Ven.) (*cf.* ad 7) 24 se T sine B (Ang.) *om.* ELV σ (*sine — quod iam B praebet — exquisitiori se praetulere Bai. Kay. Mue. Cl.: at agitur de maiorum iure ex quo Cic. de leg. 2, 60 etiam se fraude servavit formamque ex compositis vel vulgus novit quam T casu non potuit inferre*)

ac multitudine vim fecerit, uti posse maiores voluerint? hunc vero, qui ab iure, officio, bonis moribus ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit, nudum in causa destitutum videtis, ut, qui armatus de possessione contendisset, inermis plane de sponsione certaret. *ecquid* 5 igitur interest, Piso, inter haec interdicta? *ecquid* interest, utrum in hoc sit additum 'cum A. Caecina possideret' necne? *ecquid* te ratio iuris, *ecquid* interdictorum dissimilitudo, *ecquid* auctoritas maiorum commo-
 94 *vet*? si esset additum, de eo quaeri oporteret; additum 10 non est, tamen oportebit? atque ego in hoc Caecinam non defendo: possedit enim Caecina, recuperatores; et id tametsi extra causam est, percurram tamen brevi, ut non minus hominem ipsum quam ius commune defensum velitis. Caesenniam possedissee propter usum 15 fructum non negas. qui colonus habuit conductum de Caesennia fundum, cum idem ex eadem conductione fuerit in fundo, dubium est, quin, si Caesennia tum possidebat cum erat colonus in fundo, post eius mortem heres eodem iure possederit? deinde ipse Caecina 20 cum circuiret praedia, venit in istum fundum, rationes
 95 a colono accepit. sunt in eam rem testimonia. postea cur tu, Aebutii, de isto potius fundo quam de alio si quem habes Caecinae denuntiabas, si Caecina non

1 uoluerunt TE (-it) LBV ω corr. Lb. 2 hinc T ab officio B [bonis] Ba. Mnem. VIII 186sq. 4 destitutumque B (Ang. c. al.) utqui TB (Ang.) aut qui E qui aut V qui autem L ω
 5 inermis E inermis TLB ω inarmis V *Ecquid* (dein etquid et ter & quid) T et quid *quinquies* ELBV ω (corr. Naug.)
 6 igitur om. TB dicta (om. inter) T 7 in hoc sit TEB nichil sit V hoc L ω additum LV possederit TELB ω possiderit (ut saepius) V corr. Man. 10 oportere B 13 extera TB (non B¹) 13. 14 n̄ ut T ut non minus om. B c. sp. c. 4 litt., sine sp. B¹ 14 ipsum <restitutum> Fra. quamuis B 16 fructeū TB qui etiam V decesennia TV (-am) ducennio B decenno B¹ 18 <ea mortua> fuerit Fra. 270 non est B 19 possedebat E in om. ω pt' E 20 eodem iure om. T (Kay.) 21 ueniret T 22 in ea re B 23 cur tu debuti T (Lb. mg.) cur aebuti ELV ω cur c. sp. 7 litt. B

possidebat? ipse porro Caecina cur se moribus deduci volebat idque tibi de amicorum [de his de Aquili] sententia responderat et aequum * * * *

At enim Sulla legem tulit. ut nihil de illo tempore, 33
 5 nihil de calamitate rei publicae <que>rar[e], hoc tibi respondeo, ascripsisse eundem Sullam in eadem lege. 'si quid ius non esset rogarier, eius ea lege nihilum rogatum.' quid est quod ius non sit, quod populus iubere aut vetare non possit? ut ne longius abeam,
 10 declarat ista a[s]scriptio esse aliquid: nam, nisi esset, hoc in omnibus legibus non a[s]criberetur. sed quaero 96
 a te, putesne, si populus iusserit me tuum aut te meum servum esse, id iussum ratum atque firmum futurum. perspicis hoc nihil esse et fateris: qua in re
 15 primum illud concedis, non quicquid populus iusserit ratum esse oportere; deinde nihil rationis affers quam ob rem, si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit. nam et eodem modo de utraque re traditum nobis est, et, si semel adimitur civitas [potest], retineri

2 de his (hiis V iis σ) de (qui de LVσ) aquili ELVω de his (hiis B) de quib; TB om. B¹ del. Jo. (et c. al. Bu. 34) [his] Cl. [de] et responderat? 3 est aequum Mdv. apud Fra. 272 et Adv. III 125 Et aequum T et aeū E (ex accū) esse eūm B et ad eum LVω del. Naug. (Bai. Cl.) lac. sign. Kay. et Mue. (cf. Bu. 34 adn. contra Lut. Jb. 1906 p. 197) 4 sylla TE silla B 5 ·rp· T Rare TELω raro V corr. Ang. (q. post p. om.) commemorem B 6 ascripsisse Bω ac scripsisse TELV eadem lege TB eandem legem ELVω 8 <ec>quid Pluyg. Mnem. VII 209sq. sit qđ T sit quo E (sic) LVω sit quid B (sit? <quid,> quod Lb.) 9 non recte contra Fra. defendit Mue. 10 ipsa Kay. fort. recte (v. Mue.) ascriptio T adscriptio Bσ (Naug.) ab scripto ELVω (descriptio al.) 11 asser. T adscr. ELBVω 12 a te B¹ (ed. Ascens. abs melius Naug.) te TELBVω <de> te Bai. probantibus post eum omnibus metuo T (e me tuō) B (non B¹) aut te B¹ (RKL.) autem B auitē T aut item te ELVω. 13 aut firmum TEB 14 et ea teris TELBVω corr. Ang. qua int T corr. Bai. quae inter E (int) LV (que) ω inaniter B 19 adimitur ciuitas B adimi ciuitas T (probatibus RKL. et Roensch 22 improbante Mue. c. al.) ciuitas adimi ELVω non

libertas non potest. qui enim potest iure Quiritium
 97 liber esse is qui in numero Quiritium non est? atque
 ego hanc adulescentulus causam cum agerem contra
 hominem disertissimum nostrae civitatis, <C.> Cottam,
 probavi. cum Arretinae mulieris libertatem defenderem 5
 et Cotta decemviris religionem iniecisset non posse
 nostrum sacramentum iustum iudicari, quod Arretinis
 adempta civitas esset, et ego vehementius contendissem
 civitatem adimi non posse, decemviri prima actione
 non iudicaverunt; postea re quaesita et deliberata sa- 10
 cramentum nostrum iustum iudicaverunt. atque hoc et
 contra dicente Cotta et Sulla vivo iudicatum est. iam
 vero in ceteris rebus ut omnes qui in eadem causa
 sunt et lege agant et suum ius persequantur et omni
 iure civili sine cuiusquam aut magistratus aut iudicis 15
 aut periti hominis aut inperiti dubitatione utantur, quid
 ego commemorem? dubium esse nemini vestrum cer-
 to scio.

98 Quaeri hoc solere me non praeterit — ut ex me ea
 quae tibi in mentem non veniunt audias — quem ad 20
 modum, si civitas adimi non possit, in colonias Latinas
 saepe nostri cives profecti sint. aut sua voluntate aut
 legis multa profecti sunt; quam multam si sufferre vo-

etiam B nullo modo B¹ prius potest om. T (recte si adimitur
 recipimus commendante et sententia et clausula)

1 quiritium bis ω 3 adol. TE 4 add. Bai. coctā TBV
 5 arrene B (in mg. al. arecine B¹) similiter v. 7 ad sequentia
 cf. Cic. or. fragm. 473 libertatem] causam B 6 coctā T cocta
 Bω cottam V religionis TELVω (ob uiris praecedens) religio-
 nes B corr. ed. Ven. 7 sacramentum nostrum LV 8 ciuitas
 adempta TB (RKL) clausula corrupta 9 posse TB (cf. Leh-
 mann, Herm. 1880 p. 570) potuisse ELVω prima s. v. E
 10 requisita TV 12 cocta EB sylla T silla EBV 13 rebus
 TB om. ELVω 14 sua lege T sum ius E (ius s. v.) LVω
 persequat (n s. a) E omni TEB omne V omnes Lω 17 esse
 certo (ante v. dimidium vacuum) T et E (del. puncto lineola
 iungens cum sq. Queri) et V certe LBω 18 scio solus B (Io.)
 19 preit T poterit V 22 sunt T 23 multi profecti V pro-
 fecti sunt om. B quam multa TB (non B¹)

luissent, manere in civitate potuissent. quid? quem 34
 pater patratu de<di>dit aut suus pater populusve ven-
 didit, quo is iure amittit civitatem? ut religione civitas
 solvatur, civis Romanus de[tra]ditur: qui cum est ac-
 5 ceptus, est eorum, quibus est deditus; si non accipiunt,
 ut Mancinum Numantini, retinet integram causam et
 ius civitatis. si pater vendidit eum quem in suam
 potestatem susceperat, ex potestate dimittit. iam po- 99
 pulus cum eum vendit qui miles factus non est, non
 10 adimit ei libertatem, sed iudicat non esse eum liberum
 qui, ut liber sit, adire periculum nol[ui]t; cum autem
 incensum vendit, hoc iudicat, cum ei qui in servitute
 iusta fuerunt censu liberentur, eum qui, cum liber esset,
 censi noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicavisse.
 15 quodsi maxime hisce rebus adimi libertas aut civitas
 potest, non intellegunt qui haec commemorant, si per
 has rationes maioris adimi posse voluerunt, alio modo
 noluisse? nam ut haec ex iure civili proferunt, sic ad- 100
 <f>erant velim quibus lege aut r<og>atione civitas aut
 20 libertas erepta sit. nam quod ad exilium attinet, per-

1 manere B (*Bai.*) tã ne re T tamen (tñ E tum σ) manere
 Lω (manere... potuissent *om.* V) uoluissent B uoluisse TELω
 (*al.* noluissent *vel* ualuissent) *corr. ed. Ascens. (fort. iis licuissent*
Mue.: at cf. Zie. 787) 2 p̄r patratu B populus Romanus patri-
 ciis B¹ (*similiter v. 7*) *add. σ (Ang.)* 3 ciuitate TV (*non E*)

del. Bai. (dedit T detruditur σ traditur B¹ [non B] et Ang.
at cf. TG. s. dedo) 4 est B & T / E et LV.σ (*al. fit*) 6 ut *om.*
 B mancipi TELBVω (*al. utmancipii*) *corr. σ (Ang.)* retinent
 ω integrū T 8 acceperat B dimittit] acceperat B exit B¹
 10 eum LBω tum TEV 11 *del. Kl. (cf. Mdv. Adv. III 125 adn.)*
 12. 13 is qui *et fuerit et liberetur ed. Ven. c. al.* ei (*om. qui*)
 B liberent B (-at B¹) 14 abiudicasse L(σ)Vω 15 uiscerib;
 TLVω his tribus B (*probante P. Thomas 27*) *corr. σ (Ber.)*
 (*iisce rebus Naug. refutante Io.*) 17 maiores *om.* B (*post*
adimi ponunt ω) 18 iure] lege B proferunt Bσ (*Or.*) p̄fuerunt
 TELVω (*protulerunt Naug.*) 19 *add. Naug.* edant B *pro-*
bante P. Thomas add. A. Augustinus 20 ad s. v. T nam
 quod... sit (100^b, 1) *om.* B

spicue intellegi potest quale sit. exilium enim non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. nam qui(a) volunt poenam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt hoc est sedem ac locum mutant. itaque nulla in lege nostra reperietur, (ut) 5 apud ceteras civitatis maleficio ullum exilio esse multatum; sed cum (h)om(i)nes vincula, neces ignominiasque vitant quae sunt legibus constitutae, confugiunt quasi ad aram in exilium. qui si in civitate legis vim subire vellent, non prius civitatem quam vi- 10 tam amitterent; quia nolunt, non adimitur iis civitas, sed ab iis relinquitur atque deponitur. nam, cum ex nostro iure duarum civitatum nemo esse possit, tum amittitur haec civitas denique, cum is qui profugit receptus est in exilium hoc est in aliam civitatem. 15

35 Non me praeterit, recuperatores, tametsi de hoc iure
101 permulta praetereo, tamen me longius esse prolapsum, quam ratio vestri iudicii postularit. verum id feci, non quo vos hanc in hac causa defensionem desiderare arbitrarer, sed ut omnes intellegerent nec ademptam cui- 20 quam civitatem esse neque adimi posse. hoc cum eos scire volui, quibus Sulla voluit iniuriam facere, tum omnes ceteros novos veteresque cives. neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam novo civi potuerit adimi civitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissi- 25

2 pfugium TEB profugium LV ω 3 *add. Io.* aliquā poenā TB 4 ac] et B *add. Naug.* (uel etiam *add. B*) 6 nullū T 7 multatum σ mulotatum B¹ mutatum TB σ ¹ (*al. mult.*) mutatis EL (?) mutatus V cum *om.* B ut T onus ex om̄s B *add. Naug.* uinclā L σ (*in voce uinclā abrumpit E duobus foliis amissis*) 9 ad arma TLBV ω *corr. Ang.* 10 uim sine iure T 11 quia] quā B quod quia B¹V iis... iis (12) T σ ¹ his... his LV ω hiis... hiis B 12 cum *om.* T 17 pmulta TBV multa L ω tamen *om.* B esse prolapsum T (eē pl.) B prolapsum esse LV ω 18 uestri T (ūri) B σ nostri LB¹V ω 19 quo (*cum TVL*) *vel quod vel quos* σ uos (*vix nos*) *etiam* V hanc in hac causa TB in hac causa hanc LV ω 20 cuiquam] tamquam B umquam B¹ 21 eē ciuitatē T ciuitatem B (*om. esse*) nec B¹ (*Naug.*) adimisi T (*si fort. ex s mox eo addenda*) eo T si illa T (*item 101, 3*) 24 afferre TBL(?)V

mis civibus possit. nam ad hanc quidem causam ni-¹⁰²
 hil hoc pertinuisse primum ex eo intellegi potest, quod
 vos de <ea> re iudicare non debetis; deinde quod Sulla
 ipse ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa
 5 atque hereditatis. iubet enim eodem iure esse, quo
 fuerint Ariminenses: quos quis ignorat duodecim colo-
 niarum fuisse et a civibus Romanis hereditates capere
 potuisse? quodsi adimi civitas A. Caecinae lege po-
 tuisset, magis illam rationem tamen omnes boni quae-
 10 re<re>mus, quem ad modum spectatissimum p[r]uden-
 tissimumque hominem, summo studio, summa virtute,
 summa auctoritate domestica praeditum, levatum ini-
 iuria civem retinere possemus, quam uti nunc, cum de
 iure civitatis nihil potuerit deperdere, quisquam existat
 15 nisi tui, Sexte, similis et stultitia et inpudentia, qui
 huic ademptam civitatem esse dicat. qui quoniam, re-¹⁰³
 cuperatores, suum ius non deseruit neque quicquam
 illius audaciae petulantiaeque concessit, de reliquo iam
 communem causam populique <Romani> ius in vestra
 20 fide ac religione deponit. is homo est, ita se proba-³⁶
 tum vobis vestrique similibus semper voluit, ut id non
 minus in hac causa laborarit, ne <iniqui> contendere
 aliquid, quam ne dissoluti relinquere videretur nec mi-

2 pertinuisse hoc B 3 h. l. add. lo. ante de σ (Ang.)
 6 fuerunt σ (at cf. *Mdv. Opusc. acad.* I² 229 adn.) armanenses
 B Ardeates *Beloch 'Der italische Bund'* 157 (v. *Fra.* 271 et *Bu.*
 34sq.) XII<X> *Savigny refutante Bu.* 35 post *Marquardt*
 '*Handb.*' IV 1 p. 53 et III 624 7 fuisse] ēē TB a c. r. TLBV σ¹
 (vel a ciuitate R. cum B¹ vel a ciuibus R. ut recte A. *Augustinus*)
 9 tamen] tū B 10 add. σ del. σ 11 studio TB (scil. et elo-
 quentiae et scientiae) consilio LVω 12 domesticū TB prae-
 dium B letatum T 13 cum om. TBV 14 quis (om. quam) B
 15 tu T imprudentia T 16 ademptā ciuitatē TB ciuitatem
 ademptam LVω 18 audacię illius B 20 reliquo TBV
 (*Fa.*) derelinquo Lω 19 r. add. ed. *Ven.* 19. 20 uestram, fidem
 ac religionem σ religione ac fides B deponitis' homo T de-
 pono is ω (vix L corr. *Fa.*) ē TB om. LVω cf. *Lebreton Et.*
 231 22 ne B (*Mo.*) neque T (neq;) LVω (vel nec vel ne) suppl.
Sch. duce Mo. (iniquē) contendere TBV contenderit Lω
 23 aliquid TL(?)BV aliud L(?)ω ne c. spat. Lω dissoluti
 TLVω dissolutum B dissolute σ

nus vereretur, ne contemnere Aebutium, quam ne ab eo contemptus esse existimaretur.

14 Quapropter, si quid extra iudicium est quod <h>ui<c> homini tribuendum sit, habetis hominem singulari pudore [virtute cognita] et spectata fide, amplissimo totius Etruriae nomine, in utraque fortuna cognitum multis signis et virtutis et humanitatis. si quid in contraria parte in homine offendendum est, habetis eum, ut nihil dicam amplius, qui se homines coëgisse fateatur. sin hominibus remotis de causa quaeritis, cum iudicium de vi sit, is qui arguitur vim se hominibus armatis fecisse fateatur, verbo se, non aequitate defendere conetur, id quoque ei verbum ipsum [d]ereptum esse videatis, auctoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum, in iudicium non venire, utrum A. Caecina possederit necne, tamen doceri possedissee; multo <et>iam minus quaeri[t] A. Caecinae fundus sit necne, me tamen id ipsum docuisse fundum esse Caecinae: cum haec ita sint, statuite, quid vos tempora rei publicae de armatis hominibus, quid illius confessio de vi, quid nostra decisio de aequitate, quid ratio interdicti de iure admoneat ut iudicetis.

I ueretur σ (al. uteretur) contempnerere T quam om. T ne V (Hot. Man.) om. TLB σ 1. 2 ab eo B (Hot. Man.) dabeo T de eo LV ω 3. 4 ui homini L(?) V corr. Mue. duce Io. homini hoc T (huic Io.) uirtuti (om. al.) homini (vel -nis vel -num) σ attribuendum B¹ (attributum dum B) 5 del. Kay. (cf. Mdv. Adv. III 126sq.) compta B (cognita B¹) v. ad v. 6 amplissima B amplissimi TV amplissimis L ω corr. Fra. 5. 6 totius se turire nomine T se turire nomine totius V totius securum ignomin(i)e B eturire nomine totius L(?) Etruriae nomine totius ω corr. Gar. (diversa temptabat Mdv. ann. phil. 1856 p. 124, apud Fra. 272 et Adv. III 126) 6 comptum B 7 prius et om. B 8 offenderim si T offendendum B offendendum sit LV ω corr. Ha. duce T (sit defendit Baehrens l. s. s.) 13 et uerbum B dereptum L(?) V ω direptum TB σ corr. σ (ed. Ven.) 14 videatis, <videatis> Ke. auctoritatem <autem> Cl. 15 facere om. TB non om. B uirum B A. soli TB 16 docere TLBV ω corr. σ (Naug.) 17 add. Naug. del. σ (Ang.) <utrum> add. RKL. 21 decisio] defensio B 22 indicti TBV admoneat TV σ (ammoneat B¹) admoneant L ω

UNIVERSITY OF CHICAGO



78 008 743